

EGGERIK EGGES PHEBENS

KRONIEK

*VAN HETGEEN IS VERRICHT IN FRIESLAND EN VOORAL ROND
GRONINGEN IN DE TIJD VAN DE LANGDURIGE OORLOG DIE OMWILLE
VAN DE RELIGIE EN DE VRIJHEID WERD OPGENOMEN TUSSEN DE
KONING DER SPANJAARDEN EN DE STANDEN DER PROVINCIES VAN
NEDER-DUISSLAND, DIE WE DE STATEN DER NEDERLANDEN NOEMEN,
NAMELIJK VANAF HET JAAR 1565 TOT HET HUIDIGE JAAR [1595]*

DEEL III

EDITIE VAN DE LATIJNSE TEKST

*CHRONICON RERVVM IN PHRSIA ET PRAECIPVE circa Groningam
Gestarum tempore diuturni belli, quod inter regem Hispaniarum, et Ordines
provinciarum Inferioris Germaniae, quos Status Belgicos vocamus, Religionis atque
Libertatis causa suscepta est: ab anno videlicet 1565 ad annum praesentem.*

GRONINGAE

Uitgegeven, ingeleid en vertaald door
Zweder von Martels

Inhoudsopgave

Inleiding en verantwoording	9
DEEL I: LEVEN EN WERK VAN EGGERIK EGGES PHEBENS	
I Het leven van Eggerik Egges Phebens	15
1. Phebens' leven in een notendop	15
2. Phebens' leven aan de hand van Johannes Huninga's herdenkingsrede	15
3. De inleidende passages van de herdenkingsrede	20
4. Een lofzang op het Oldambt	21
5. Afstamming, jeugd- en schooljaren	25
6. Studie in Duitsland	31
7. Terug in Groningen: 1583-1594	36
8. Phebens als bestuurder (1594-1615). Zijn overlijden en reputatie	40
9. Huninga's slotwoorden	44
II De Kroniek	46
1. Ontstaansgeschiedenis	46
2. Opbouw en inhoud	49
3. Het voorwoord	50
4. Samenvatting van het voorwoord	51
III De grote thema's van de kroniek	53
1. De bedoeling van de kroniek	53
2. God, de duivel, de hemelverschijnselen, en de macht van de fortuin en het noodlot	54
3. 'Oorlog omwille van de religie en vrijheid'. De Republiek en de zorg voor de religie	58
4. De Republiek en de goede disciplines van de vrede	61
5. De 'jammerlijkste' oorlog	64
6. De oorlog door de ogen van een jurist	66
7. De waarheid is 'eenvoudig en zonder de opsmuk van versieringen'	70

IV	Bijzonderheden omtrent woord-, taal- en stijlgebruik	78
	Inleiding	78
	Afkortingen en verwijzingen	78
	1. Bijzonder woord- en taalgebruik uit de Late Oudheid	79
	2. Bijzonder woord- en taalgebruik uit Middeleeuwen en Renaissance	80
	3. Bijzonder woordgebruik inzake wapentuig en legervoering	84
	4. Bijzonder woordgebruik inzake het bestuur en de organisatie van Stad en Lande	86
	5. Kennis van het Grieks	89
	6. Bijzondere stilistische en grammaticale kenmerken	90
	<i>a. Afwisseling van werkwoordstijden in de beschrijvende vertelling</i>	90
	<i>b. Anakoloet</i>	91
	<i>c. Antithese en oxymoron</i>	91
	<i>d. Beeldspraak en vergelijking</i>	91
	<i>e. Ellips</i>	92
	<i>f. Opsommingen, herhalingen en drieslagen</i>	93
	<i>g. Prepositie als postpositie (of adverbiaal gebruikt)</i>	94
	<i>h. Redundantie (pleonasmie en tautologie)</i>	94
	<i>i. Spreekwoordelijke uitdrukkingen</i>	94
	<i>j. Variatie in beschrijvingen</i>	95
	<i>k. Verkleinwoorden</i>	95
	<i>l. Verwisseling van suus etc. en eius/eorum</i>	96
	<i>m. Verwisseling van de uitgang -e en -i in ablatief-vormen</i>	96
	<i>n. Woordspel</i>	96
	<i>o. Benadrukking van woorden of gedachten door quidem en ipse</i>	97
	<i>p. Syllepsis (constructio ad sententiam)</i>	97
	<i>q. Gebruik van conjunctief na bepaalde voegwoorden die gewoonlijk door een indicatief worden gevolgd</i>	97
V	Het handschrift, de editie en de vertaling	98
	1. Het handschrift	98
	2. De editie van Feith versus de nieuwe editie	114
	3. De variatie in spelling	114
	4. Gebruik van hoofdletters	117
	5. Interpunctie	117
	6. De tekst en de noten in de editie en de vertaling	119
	7. Verklaring van de gebruikte tekens	120

DEEL II: VERTALING VAN DE KRONIEK VAN EGGERIK PHEBENS

De vertaling	121
EGGERIK EGGES PHEBENS, KRONIEK VAN HETGEEN IS VERRICHT IN FRIESLAND EN VOORAL rond Groningen in de tijd van de langdurige oorlog die omwille van de religie en de vrijheid werd opgenomen tussen de koning der Spanjaarden en de standen der provincies van Neder-Duitsland, die we de Staten der Nederlanden noemen, namelijk vanaf het jaar 1565 tot het huidige jaar [1595]	
Voorwoord, aan de welwillende lezer	124
Eerste boek	135
Tweede boek	177
Derde boek	224
Vierde boek	271
Bibliografie	312
1. Gedrukte boeken en websites	312
2. Handschriften en zeldzame drukken	315
Register	316

DEEL III: EDITIE VAN DE LATIJNSE TEKST

(zie voor dit deel <https://verloren.nl/Webshop/Detail/eid/64074>

(Uitgeverij Verloren)

en <https://hdl.handle.net/21.12105/04B18B0C0B471895E0630132A8C07710>

(Groninger Archieven).

Het handschrift, de editie en de vertaling	v
1. De tekst en de noten in de editie en de vertaling	v
2. Verklaring van de gebruikte tekens	vi
De Latijnse editie	121
EGGERIK EGGES PHEBENS, CHRONICON RERUM IN PHRSIA ET PRAECIPUE <i>circa Groningam gestarum tempore diuturni belli, quod inter regem Hispaniarum, et Ordines provinciarum Inferioris Germaniae, quos Status Belgicos vocamus, Religionis atque Libertatis causa suscepta est: Ab anno videlicet 1565 ad annum praesentem</i>	
<i>Ad benevolum lectorem, Praefatio</i>	124

CHRONICON RERVM IN PHRISIA ET PRAECIPVE CIRCA GRONINGAM GESTARVM

<i>Liber primus</i>	135
<i>Liber secundus</i>	177
<i>Liber tertius</i>	224
<i>Liber IIII</i>	271
Bibliografie	312
1. Gedrukte boeken en websites	312
2. Handschriften en zeldzame drukken	315

HET HANDSCHRIFT, DE EDITIE EN DE VERTALING

Deze editie van de Latijnse Kroniek van Eggerik Egges Phebens vormt het derde – digitale – deel bij de gedrukte uitgave van zijn *Kroniek van hetgeen is verricht in Friesland en vooral rond Groningen in de tijd van de langdurige oorlog die omwille van de religie en de vrijheid werd opgenomen tussen de koning der Spanjaarden en de standen der provincies van Neder-Duitsland, die we de Staten der Nederlanden noemen, namelijk vanaf het jaar 1565 tot het huidige jaar [1595]* (Hilversum: uitgeverij Verloren, 2023). De gedrukte uitgave bevat deel I (Leven en werk van Phebens) en deel II (Vertaling van de Kroniek).

Deel III, de nieuwe (digitale) editie van de Latijnse Kroniek, is gebaseerd op het enige handschrift van Phebens' *Kroniek*, bewaard in de Groninger Archieven (Toegang 2044. inv.nr. 32). Deze digitale editie is zowel te vinden op:

<https://verloren.nl/Webshop/Detail/eid/64074> (website Uitgeverij Verloren) als op

<https://hdl.handle.net/21.12105/04B18B0C0B471895E0630132A8C07710> (website Groninger Archieven; waar de Latijnse editie ook te vinden is onder inventarisnummer 34601.1 in toegang 1957).

In Deel I van de gedrukte uitgave wordt na een uiteenzetting over het leven en werk van Phebens uitgebreid ingegaan op het handschrift, de eerdere editie van mr. H.O. Feith uit 1867 en deze nieuwe editie, de variatie in spelling en het gebruik van hoofdletters en interpunctie in de oude en nieuwe editie.

Voor het raadplegen van de Latijnse editie zijn in de eerste plaats de onderstaande opmerkingen over de tekst en de noten (in de Latijnse editie en in de Nederlandse vertaling) en ook het overzicht van de gebruikte tekens van belang.

1. De tekst en de noten in de editie en vertaling

De nieuwe Latijnse editie kent minder ingrepen in de tekst van de kroniek dan de editie van Feith uit 1867. Dit is vooral het gevolg van de beslissing om de variatie in de spelling van het Latijn te beschouwen als een kenmerk van Phebens' tijd en stijl. Ook wordt in de nieuwe editie minder vaak ingrepen bij grammaticale en syntactische onregelmatigheden. Die worden eveneens opgevat als een onderdeel van Phebens' stijl. Voor de lezers van het Latijn geven we bij moeilijke passages (met name ook bij anakoloeten) enige uitleg in de betreffende voetnoten. In de noten bij de vertaling treft men tevens

informatie over personen, gebeurtenissen, de herkomst van Latijnse citaten en andere zaken die van belang zijn. De voetnoten bij de Latijnse tekst geven de wijzigingen die Phebens in de tekst van het handschrift aanbracht (doorhalingen, verbeteringen en aanvullingen boven de regel of in de marges, verplaatsingen etc.), en ook andere informatie die voor de lezer van het Latijn van nut kunnen zijn. Eventuele aanpassingen van de tekst door Feith of door ons staan tussen vierkante haken en worden in de betreffende voetnoten nader besproken. Irrelevante verschillen in interpunctie worden niet aangegeven.

2. Verklaring van de gebruikte tekens

Hieronder volgt tenslotte een kort overzicht van de in dit boek gebruikte tekens:

- <1> het cijfer binnen scherpe haken toont het paginanummer van het in de Groninger Archieven bewaarde handschrift van Phebens' Kroniek (= *Chronicon rerum in Phrisia et praecipue circa Groningam gestarum etc.*).
- /1/ het cijfer binnen schuine strepen toont het paginanummer van de door mr. H.O. Feith in 1867 uitgegeven Latijnse kroniek van Phebens.
- [tekst] de tekst binnen vierkante haken geeft een aanvulling op, correctie van, of informatie bij een getranscribeerde tekst.
- een vette punt in een getranscribeerde tekst staat voor een onleesbare letter.
- een kort streepje in een getranscribeerde tekst staat voor een onleesbaar woord.
- (?) een vraagteken tussen boogjes in een getranscribeerde tekst staat voor een onzekere lezing.

EGGERIK EGGES PHEBENS

DE LATIJNSE EDITIE

CHRONICON RERVM IN PHRISIA ET PRAECIPVE CIRCA GRONINGAM GESTARVM

EGGERIK EGGES PHEBENS

< -- > /1/

E. E. PH.
CHRONICON
RERVM IN PHRI-
SIA ET PRAECIPUE
circa Groningam
gestarum
tempore diuturni
belli, quod inter regem His-
paniarum, et Ordines provincia-
rum Inferioris Germaniae, quos
Status Belgicos vocamus,
Religionis atque Liberta-
tis causa suscepta est:
ab anno vide-
licet 1565
ad annum
praesen-
tem.

GRONINGAE

<1> /3/
AD BENEVOLUM LECTOREM,
PRAEFATIO.

QVANDOQVIDEM memoria hominum labilis valde et infirma est, aut certe si qui sint qui mediocriter quidem ¹ ea, quae sua aetate contigerunt, retinere memoria queant, cum tamen vita eorum, quemadmodum omnium hominum, brevis valde sit et tanquam bulla² quae vel in momento extinguitur, perraro aut nunquam ea ad posteros transmittunt.³ Et si quid illi narratione nuda percepere, illud in his vel omnino desinit, vel male narrando ipsam verita-<2>tis faciem paulatim amittit. Laudabiliter itaque apud multos usu receptum est, et bene de omnibus merentur hi, qui res humanas scriptis mandarunt suis,⁴ ⁵ nam neque memoria vitio excidere, neque cum hominis alioqui sagacis et memoriae tenacissimi interitu obliterari possunt.

¹ Geschrap: •(?)ua

² Lucianus (*Charon* 19) vergeleek de levens van mensen met de uiteenspattende waterbellen die ontstaan in een waterval. Erasmus bespreekt de spreekwoordelijke vergelijking als *Homo bulla* in zijn (*Adagia* II.3.48, nr. 1248).

³ Zie voor de interpunctie van deze en de volgende zinnen Deel I, Hfdst. V, 5 (met name p. 118-119).

Deze zin heeft grammaticaal gezien een onsamenhangend patroon (anakoloet) en verdient enige uitleg. De structuur van de zin gaat als volgt: in de eerste causale bijzin (ingeleid met *QVANDOQVIDEM*) stelt Phebens dat het geheugen van de mensen onvast is, maar hij voert deze gedachte niet verder. Wel nuanceert hij die eerdere gedachte in de erop volgende conditionele bijzin (ingeleid met *aut certe si*). Deze bijzin heeft een nieuw onderwerp ('als er mensen zijn die ...'). De verdere zin wordt niet bepaald door het onderwerp en het causale karakter van de eerste bijzin, maar door het nieuwe onderwerp en het conditionele karakter van de tweede bijzin. De hoofdzin (*perraro ... transmittunt*) heeft ook dit tweede onderwerp en verschijnt pas geheel aan het slot.

Phebens maakt veel gebruik van anakoloeten, die geschikt zijn om emoties uit te drukken als opwinding, verwarring en verontwaardiging. Ze zijn kenmerkend voor zijn stijl van schrijven en dienen niet onmiddellijk te worden gecorrigeerd. Waar nodig zullen we bij zulke passages enige uitleg verschaffen. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

⁴ Ook in deze zin is sprake van een anakoloet: het onderwerp en de gedachte van het inleidende zinsdeel sluiten niet aan op het vervolg; leidend daarentegen voor de verdere zin zijn de woorden: 'en tegenover allen maken zij zich erg verdienstelijk, die ...'.

⁵ Geschrap: *cum*

Cum autem existant non solum qui historias totius orbis terrarum a mundo condito inde usque ad nostra tempora describere, sed etiam qui vnus suae⁶ provinciae, Reipublicae, urbis, vel etiam⁷ personae res gestas annotarunt,⁸ ex omnibus Phrisijs (quorum tamen nobilia interdum lumina extiterunt)⁹ neminem in¹⁰ lucem prodijisse, qui patriam suam eodem modo celebrarit, dolendum certe¹¹ est. Parua quidem haec quantumvis sit aliorum regnorum et ditionum¹² respectu provincia, maxima tamen eaque grauissima bella sustinuit. Quid enim, ut <3> antiquiora praeteream, de comitibus Hollandiae, de ducibus Saxoniae, de ducibus Geldriae, et ijs rebus quas illi ibidem varia for/4/tuna gessere, dicemus? Quid de comite Phrisiae Orientalis? quid de Georgio Schenckio Barone a Tautenberg, et rebus eius ibi gestis? Quid de alijs bellis, factionibus, factionumque ducibus¹³ proferemus? Quos item intestinorum bellorum motus? et quas eo nomine collisiones experta et perpressa Phrisia est, dum in semetipsa de imperio ac dominatu decertatur?

Harum rerum omnium, et quae anterioribus temporibus ibi contigerunt, licet truncatim extent aliquot ab incertis authoribus congestae rapsodiae, res ipsas tamen illi pro¹⁴ magnitudine ne a limine quidem salutarunt, maximam partem omnino praeterierunt. Quae cum ita sint, et hoc <4> nostro aevo coinciderit longissimum illud funestissimumque bellum, quod inter regem Hispaniarum et¹⁵ provinciarum Belgicarum¹⁶ Status religionis atque libertatis nomine susceptum est, operae pretium me facturum¹⁷ putavi, si ea, quae tristissimi huius belli tempore per Phrisiam acciderunt, in gratiam securitatis posteritatis annotarem, quo scilicet et liberi et nepotes nostri vel inde discant,

⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁷ Geschrap: *alicuius*

⁸ Geschrap: *in*

⁹ Geschrap: *quod*

¹⁰ Toegevoegd boven de regel.

¹¹ Toegevoegd boven de regel.

¹² Geschrap: *provincia*

¹³ Geschrap: *certi*

¹⁴ Geschrap: *rei*

¹⁵ Geschrap: *septemdecim*

¹⁶ Toegevoegd boven de regel.

¹⁷ Livius 1,1,1. Zie over dit gebruik van Livius: Deel I, Hfdst. III, 7.

quomodo propter religionis verae contemptum et hominum foedissima peccata totas ditiones, regna et respublicas punire et euertere, gentes inter se committere, tyrannidem denique potentissimorum monarcharum reprimere, et ecclesiam suam adserere Deus consuevit.¹⁸

¹⁹ <5> Inter alias vero poenas atque flagellationes, morbos scilicet, pestem, annonae caritatem et hisce similes, bellum hoc longe miserrimum, quod, licet pro sua utrinque opinione a pia causa et dulcissimo religionis nomine trahat initium, postea tamen tot modis exorbitauit, ut nullum ullo tempore bellum immanius vel pluribus sceleribus infectum fuerit, quam hoc de quo nunc ex parte disseremus. Quantum enim ab *Inquisitoribus* Hispanicis²⁰ vel solo religionis nomine sanguinis effusum? Quot homines gladio percussi? Quam multi in crucem acti? Quam innumeri lentis flammis subditi, igne concremati sunt? Quam multi /5/ carcere, equuleo,²¹ defossionibus, submersionibusque, indicta causa et non raro contra usitatum ordinem iudiciorum, intempesta nocte <6> crudelissime necati? Quam multis lingua praecisa est, ne iniuriae sibi illatae querelam edere possent? Quam multi machinulis ferreis, ore foedissime distorto, diffluenteque sanguine ac tabe, ad crudelissima mortis supplicia rapti sunt? Quot homines fame necati? Quot inclusi vinculis, putredine consumpti? Quot homines, tum viri tum mulieres bonis spoliati,

¹⁸ Geschrap: *De duobus posterioribus membris, postremo libro volente Deo, agemus.*

¹⁹ Geschrap: *De poenae gravitate, qua vindex peccati iustissimus Iudex hanc gentem visi- <5>tauit, hoc loco nonnihil attingam, si enim omnia persequi velim, mihi citius tempus quam materia deficeret.*

²⁰ Toegevoegd boven de regel; Feith: *Hispaniae*

²¹ Geschrap: *vinculis*

in exilium acti sunt? Atque haec omnia eo magis horrenda ac detestanda, quod miseri homines saepenumero neque auditi neque legitimis probationibus convicti per lubricum et fallibilem Inquisitionis modum (in quo magis opes quam opera in consyderationem veniebant) condemnarentur.

Iam de furore belli et militari saeuitia quid attinet dicere? Quantae caedes patratae? Quot quantaeque pugnae, urbium et arcium obsidiones, oppugnationes, expugnationes eversionesque contigere? Quantum detrimenti continentibus illis exactionibus, concussionibus, incendijs, rapinis expilatio-<7>nibusque perpassi sunt homines? Certe hoc neque verbis, neque calamis expediri potest. Neque enim a rebus sacris, neque prophanis abstinuere milites; neque personis ullis pepercere, et inter eas neque aetatis, neque sexus, neque conditionis est habita ratio.

Quantum enim ad personas attinet, tam viris quam mulieribus, imo puerulis, puellis, grauidis, puerperis, viduis, decrepitis senibus, ipsisque adeo aegrotis et valetudinarijs, nec non et verbi diuini ministris, contra belli iura et omnium gentium mores atque instituta, sceleratae impiorum militum manus illatae sunt. Sine discrimine omnes rapere, trahere, abducere, tormentis crudelissimis adficere, imo gladijs etiam et bombardis confodere non desierunt. *Adeo naturae iura bellum in contrarium mutat.*²² Et (quod inauditum est omnibus qui priscis /6/ temporibus vixerunt) pauperibus et egenis captiuis, quibus sa-<8>tius fuisset aliquid dari ad sustentationem miserae familiae, ijs etiam pecunias extorsere quas non habebant. Et equidem si e vinculis liberandi essent, vicini aut cognati eorum hoc nomine ostiatim a bonis viris pecuniam quasi mendicando quaerere cogebantur. Atque eiusmodi pecuniam sibi longe gratissimam esse iactabant nefarij homines, tantum non a mortuis quoque, si potuissent, eam exacturi.

Videre hic erat, quod ipse Messias aliquando futurum praedixit, quomodo scilicet filius contra parentem, frater contra fratrem, cognati contra cognatos, vicini contra vicinos suos, infestis armis congressi sint.²³ Nam vnus huic alter illi parti adhaerebat, atque ita se invicem aqua, igne, gladio carceribusque persequabantur. Virgines et viduae impuberesque puellulae

²² Curtius Rufus 9,14,7.

²³ Vergelijck Marcus 13: 12; Mattheus 10: 21 en Lucas 21: 16.

a peregrino et praesertim Hispano milite per vim stupratae, mulieres coniugatae adulterijs pollutae sunt. Ac, ne quid sceleratis conatibus deesset, masculi et So-
<9>damitica²⁴ turpitudine ad stupra compulsi, honesti viri ad exequenda opera carnificum coacti sunt. In agris miseri homines propter pecuniam atque cibum tormentis subiecti, gladijs transfixi, pugionibus compuncti, cultris conscissi, bombardis traiectionibus, fustibus contusi; et quod maxime horribile, homines viui foetentibus cadaueribus alligati et aucti sunt. Sic sane ut nemo vel ex proprijs subditis hanc barbaricam gentem domi expectare auderet. Mulieres grauidae licet partui vicinae, puerperae quae vix ante biduum foetum enixae erant, aegroti homines qui ferme animam agebant, hi inquam omnes latebras circumspicere et solitudines quaerere compulsi sunt, ubi tam difficili et hyberno tempore sub dio, et inter arbusta, grauidae parere, puerperae prolem recenti adhuc sanguine rubentem fouere, aegroti animam efflare, sani vero in grauissimos morbos prolabi, necesse habebant. <10> Quinimo multi aegrotantes tumultuaria fuga /7/ domi relictis, dum nemo redire ad eos posset, omni humano destituti auxilio, fame, frigore, siti et ²⁵ inopia periire.

Quemadmodum autem nullarum personarum, uti diximus, ita neque rerum ullarum est habita ratio; adeo etiam ut tandem et diuina et humana, sacra et prophana, publica et priuata omnia nefarijs manibus suis haec belua ²⁶ furiosa et militaris turba diripuerit, confregerit, et in nihilum redegerit. Etenim sepulchra violata sunt, nosocomia, xenodochia aliaeque miserabilium personarum aedes euersae, combustae, expilatae. Templum Deo optimo maximo dedicata, praesidijs militum ²⁷ repleta, munita, conspurcata, et in multis locis penitus exusta, diruta. Qui alios templorum violatores vocare solent, cum tamen praeter statuas et altaria nihil attigerint, ij quamplurima ipsimet templa ab ipsis fundamentis plane <11> diruere et consumere non sunt veriti. Imo in ditionibus eorum defensionem et tutelam commissis, templa atque aedes non tantum sed totos etiam vicos atque pagos igne conflagentes.

Ad haec die noctuque circumvagabantur, ac palantes agros vastare, frumenta aliena metere, triturare, auferre, mercatoribus terra marique insidiari, eos sine discrimine et vita et bonis spoliare, villas domusque expugnare,

²⁴ Feith: *Sodomitica*; zie voor deze variatie in spelling Deel I, Hfdst. V, 3.

²⁵ Geschrap: *ino*

²⁶ Geschrap: *••*

²⁷ Geschrap: *conspurca*

pecora certatim abducere, mactare, ac deuorare, non omisere. Atque saepenumero quod ipsi hostes reliquerant,²⁸ illi (ut suo loco dicemus) qui et amici et protectores defensoresque videri volebant, aut vi aut clam surripuere. Coactas corrasasque ex rapinis atque furtis praedas et opima spolia duces et praefecti cum militibus diuidebant; hi operam suam in eam rem strenue impendebant, illi vero auctoritatem accommodabant, atque ita cum <12> facinerosis licet notorij criminis convictis, palam conuiebant. *Quomodo enim sotes punire posset is, qui eiusdem facinoris reus existat?* Hinc, ut committendorum, ita vel celandorum vel exornandorum delictorum et varia et noua subinde artificia. Sed haec mira videri non debent, cum omnes /8/ quoscunque flagitium aliquod, egestas, debiti magnitudo, aut mens peruersa agitabat, hanc militiam sequerentur, atque ibi immunes essent, et praetextu militaris licentiae omnia sibi licere putarent.

Haec quidem dura incolarum conditio, sed multo durius illud quod simul utriusque partis saeuitiam pertulerint. Quippe utramque partem sustentare, utriusque tributa pendere, utriusque obedire cogebantur. Atque ita quod vnus grauissima poena proposita fieri iubebat, alter multo grauiore vetabat. Sic cum *duobus dominis simul inseruire non possent, quin vnam offenderent*,²⁹ in maximis saepe <13> periculis constituti, quo se verterent, vel quid agerent, non habuere. Fructus terrae atterebantur, imo prorsus inculta manebat, pecoribus, sicut diximus, in praedam abactis, hominibus fugatis, solo inundato; et nihilominus quauis septima[na]³⁰ bis tantum quam³¹ olim toto anno tributi persolvere tenebantur. Et ne quis ab hoc onere immunis esset, in capita etiam operariorum ac pauperum imponebantur tributa, nunc scilicet ab hac,³² nunc³³ ab alia parte, atque ita vicissim.

²⁸ Geschrap: *ut suo loco ostenderemus*

²⁹ Matteus 6: 24.

³⁰ De vertaling gaat uit van: *septima[na]*; Feith: *septima ea* (maar Feith tekent aan: ‘Lees septimana’). Het handschrift heeft *septima* met daarboven in een ongebruikelijk priegelig, bijna onleesbaar handschrift: •a. Phebens gebruikt het laat-Latijnse woord *septimana* nogmaals op p. <359>. Zie voor dit bijzondere woordgebruik Deel I, Hfdst. IV,1.

³¹ Geschrap: *alioqui*

³² Geschrap: *ac*

³³ Geschrap: *vicissim*

Exactorum itaque magna ubique erat copia; et non solum urbibus et castellis, sed singulis etiam pagis vicisque quasi cum imperio praeficiebantur praefecti tributorum. Atque hi praeter imperatas pecunias, suo imprimis priuato compendio inseruiebant, vendentes auro fumos,³⁴ et dilaciones auro concedentes, ac pro lubitu revocantes. Si qui rerum inopia pressi soluere³⁵, vel amplius tempus circumducere <14> non possent, in extorquendis ab hisce tributis vulgo militum opera utebantur, qui debitorum sumptibus tam diu in cauponis diuersoriisque haerentes, sese potu ciboque ibi³⁶ saginabant, cuticulamque curabant, donec plane satisfactum esset. Si satisfacere pecunia nequibant, /9/ pro pecunia pecora eorum abducebantur, et vel minimo etiam pretio vendebantur. Interdum tam diu retenta, dum emptorem non inuenirent, pro pabulo quod comedissent, alienabantur, ipso debito nihilominus integro manente.

Denique magistratus ipsi interdum et praefecti agros suos a tributione oneribusque immunes habebant, atque alijs etiam nullas propemodum ob causas, acceptis donis, immunitatem procurabant. Dum vero statutam summam nihilominus integram Reipublicae nomine erogare necesse erat, contigit, ut pauperiores bis miseri praeter sua etiam aliorum et quidem potentiorum onera sustinere cogentur. Quippe quod vni hoc modo <15> remissum erat, illud ipsum ab alijs duplicatum repetebatur.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.³⁷
 Pauper ubique iacet.³⁸ Etc.³⁹

³⁴ De vertaling volgt het handschrift: *fumos*. Vergelijk Martialis 4,5,3: *fumos vendere*. Feith las abusievelijk: *funcos* (en voegde toe: ‘hier wordt waarschijnlijk *functiones* bedoeld (*openbare bedieningen*)’).

³⁵ Geschraapt: *non possent*

³⁶ Toegevoegd boven de regel.

³⁷ Juvenalis, *Satirae*, 2.63.

³⁸ Ovidius, *Fasti* 1,218. Zie ook de volgende noot.

³⁹ De vertaling van dit vers volgt het handschrift. Daar staat na *Pauper ubique iacet* een punt, gevolgd door *Etc.*. Feith heeft na *iacet* echter een komma, gevolgd door *etc.*. Dit *etc.* van Feith lijkt Dynke van der Wijk (*Chronicon rerum in Frisia et praecipue circa Groningam gestarum Eggerici Eggaei Phebens: de auteur en zijn werk*, p. 26) op het spoor te hebben gezet van de middeleeuwse uitdrukking, *pauper ubique iacet, dives ubique placet* (‘een arme telt nergens mee, een rijkwaard is overal in tel’). *Etc.* in het handschrift volgt na twee met punten afgesloten citaten van twee verschillende auteurs en kan men dus lezen als: ‘En zo zijn er meer van dergelijke uitdrukkingen’. Daarom, maar ook omdat Phebens in zijn voorrede louter klassieke citaten gebruikt, ligt het voor de hand om eerder te denken aan Ovidius, *Fasti* 1,218, waar de uitdrukking *pauper ubique iacet* (zonder de verdere woorden) voor het eerst voorkomt.

Accedebant itaque grauissimae usurae, quod tempore bellorum vulgo fieri solet, et vel ob eam causam maxime, dum tantum aeris e proprijs facultatibus colligere nemo posset. Tum aes alienum indies magis magisque contrahi coepit, usurae usuris cumulatae sunt. Tum praedia innumera atque agri publica auctione vendita, distracta, alienata. Tum nobilitas prorsus concidit, et quamplurima[e]⁴⁰ honestae familiae interiere. Tum ciues et agricolae, licet diuites atque locupletes olim, ad miseram paupertatem deuenere. Usurarij vero et alij, quibus peramplae erant conscientiae fores, atque⁴¹ exiguo aere omnia et pretiosissima quaeque bona, frumenta, aliaque supellectilia, agricolis, mercatoribus atque nobilibus subtracta, a militibus, praedonibus atque furibus per fas et nefas sibi compararent, ad summum opum diuitiarumque culmen ascen-^{<16>}derunt. Adhaec, quo magis premebantur subditi ac miselli agri-/10/colae, tanto magis qui in officijs constituti erant, praefecti, quaestores, exactores, commissarij et alij publici ⁴² ministri, opibus, diuitijs fortunisque augebantur suis, florebant vigebantque. Ut non immerito quis dixerit *vnus damnus et ruinam alterius saepe esse emolumentum*.⁴³

Iam de progressu huius militiae quid attinet dicere? Virtute et industria parum aut nihil promouebatur. De confoederatis Statibus, quorum res toti orbi notissimae sunt, aliorum sit iudicium. De regijs nostris encomiasten agendo frustra hic laborabo, si verum liceat mihi effari. Equidem finis belli praefectis non erat pax sed pecunia, non publicum sed priuatum bonum; non decertandi sed dominandi luxuriandique insatiabilis cupido. Atque

⁴⁰ Handschrift: *quamplurima*; Feith: *quam plurima*

⁴¹ Feith voegt bij *atque* in een voetnoot toe: ‘Lees: *ut qui*’.

Deze zin (die loopt van *Usurarij* tot ... *ascenderunt*) is andermaal een voorbeeld van een anakoloet. De opbouw is als volgt: na het onderwerp (*Usurarij ... alij*) van de hoofdzin (die afsluit met *ad summum ... ascenderunt*) volgt een eerste bijzin (*quibus peramplae erant conscientiae fores*) met het onderwerp *fores* en daarna, verbonden door een verklarend *atque* (‘en wel’), een tweede complexe bijzin (*atque exiguo aere omnia (...) per fas et nefas sibi compararent*). De *Usurarij ... alij* van de hoofdzin vormen indirect ook het onderwerp van de tweede bijzin, zonder dat de schrijver zijn wisseling van onderwerp (na *fores*) duidelijk maakt.

Feith gaf bij *atque* als advies: ‘Lees: *ut qui*’ (= ‘aangezien (ze)’). De vertaling houdt rekening met Phebens’ voorkeur voor anakoloetische zinspatronen. Zij gaat uit van *atque*, met dien verstande dat de lezer van het Latijn na *atque* in gedachte *qui* moet aanvullen, ontleend aan *quibus* in de eerste bijzin. Dit *qui* congrueert vervolgens met de conjunctief *comperarent* aan het einde van de tweede bijzin. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

⁴² Geschrap: *magistri*

⁴³ Vergelijk Publilius Syrus, *Sententiae, Littera L: Lucrum sine alterius damno fieri non potest*.

hoc nomine bellum non Marte, sed arte ducebant, ab hostibus simul et amicis pecuniam extorquentes: ab amicis quidem ut eos contra hostem defenderent, ab hostibus <17> vero ne quid contra illos hostile attentarent. Et cum alias *hostibus non tantum gladio et armis, sed etiam commeatu subtrahendo obuiari solet*, hac tempestate ipsi hostes hostibus suis eum non solum non subtrahebant, sed clam⁴⁴ accepta pecunia sine ullo impedimento aduehi quoque concedebant. Ita dum gnauiter res suas conficerent, hoc comprimis⁴⁵ agebant, ut in re bellica nihil proficerent.

Porro in praelio amissis, aut alioqui mortuis, aut ex causa dimissis militibus, raro quis in locum eorum adscribebatur; atque ita legiones cohortesque omnes nominibus magis quam capitibus constabant; quaedam capitibus quidem, sed non omnino militibus. Etenim diuitum nonnulli qui in functionibus erant, quemadmodum praefectis militum prodesse poterant, ita vicissim sua apud illos stipendia habebant non solum viri, filij, amici, cognati, <18> famulique eorum, sed etiam ipsae foeminae utpote uxores, filiae, matres, sorores similesque personae, nulla neque sexus neque aetatis habita ratione. Plane ut dici rectissime posset: *Amici regis deuoratores eius*. In-/11/terim tamen pro legitimo et sibi destinato militum numero, stipendia trahebant, quae in huiusmodi, uti diximus, inhabiles personas, quae ne militiae quidem cogitationem ullam habebant, vna expendebantur. Quos habebant milites, ijs pro lubitu et arbitrio suo stipendia designabant, interdum prorsus subtrahebant. Centuriones a numero militum quem in hostem educebant, vix decuriones denominandi. Gregarij milites itaque aut summa egestate premebantur, aut furtis et rapinis vitae suae consulere cogebantur. Et quos hoc modo bonis nudauerant, hi vulgo eodem artificio victum quaerere cogebantur.

Delicta itaque supra modum vigeabant, et quod magis est etiam impunita manebant. In alijs causis, quemadmodum <19> magistratus ipsi, ita vicissim et sententiae eorum plerumque pecunia erant venales; ac quo quis plus donariorum largiretur, tanto meliorem causam fouebant. *In bello siquidem rerum summa tota in discrimen vocatur, et vno simul impetu*⁴⁶ *leges, iura, atque omnia bona collabuntur*. Atque haec quidem et his similia tam longi et pene infiniti belli causam dedere:

⁴⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁴⁵ Feith: *cumprimis*

⁴⁶ Geschrap: *omnia*

imprimis vero quod tot modis flagellati homines vitam suam non solum non emendarint, sed etiam, quasi aduersus tot tantaque mala obdurati, in peius deflexerint. Sed quid ego in istis enarrandis malis me frustra torqueo? Multo enim plura dicenda essent, et quod dolendum est, uberrime possent, quae nobis ⁴⁷ aliqua ex parte commemorasse, aut saltem extremis digitis attigisse sufficiat, nam si de omnibus parem disserere, mihi citius tempus quam materia deficeret. <20>

Ut autem ad institutum nostrum, a quo nos rei narrandae indignitas longius aberrare fecit, reuertamur⁴⁸, primum de causa et origine huius belli, ⁴⁹ progressuque eius quaedam praemitemus, deinde vero quae quolibet anno in Phrisia nostra acta gesta sunt, aut alioquin praeter bellicos motus diuinitus contigerunt, ⁵⁰ ordine subiiciemus.

Quemadmodum autem *veritatis simplex est⁵¹ et sine ullo or-/12/namentorum fuco⁵² depicta oratio⁵³*, ita et nos haec omnia simplici ac humili illo dicendi genere ac stylo, sed infallibili⁵⁴ veritatis fundamento inhaerentes, describemus: ita quidem, ut non artificiosae alicuius orationis elegantiam, sed ipsius nudae veritatis (quae in historijs primas semper tenere debet) candorem ac laudem affectemus, ac neque virtutem in ipsis hostibus, neque vitia licet turpissima in nobismet ipsis, dissimulemus.

Scio equidem et nullatenus dubito quin nobis *veritas odium atque invidiam* <21> *pariet.*⁵⁵ Nam⁵⁶ vna pars alterius rebus bene gestis omnino inuidebit,

⁴⁷ Geschrap: *ex*

⁴⁸ Toegevoegd in de marge van het handschrift.

⁴⁹ Geschrap: *quaedam*

⁵⁰ Geschrap: *singulis annis*

⁵¹ Seneca, *Epistulae morales* 49. Zie voor de citaten in het voorwoord: Deel I, Hfdst. III, 7.

⁵² Toegevoegd boven de regel.

⁵³ De geveleugelde uitdrukking van de ‘waarheid zonder opsmuk (bedrog)’ zien we voor het eerst bij Cicero, *Brutus* 162: *sine ullo fuco veritatis color*; ook de woorden *fucatus* en *fucosus* komen vaak voor bij Cicero in dezelfde negatieve betekenis van ‘vervalst’.

⁵⁴ Feith: *infallibi*

⁵⁵ Terentius, *Andria* 67: *Veritas odium parit* (later herhaald door Cicero, Quintilianus, Lactantius Augustinus etc.).

⁵⁶ Vgl. Thucydides, B,35; zie voor verdere uitleg de voetnoot bij de vertaling.

suas pro arbitrio non satis delinitas putabit. E contrario vero male gesta alterius⁵⁷ leuius quam par erat ob oculos posita, sua praetereunda fuisse silentio iudicabit. Utcunque illi rem accipere volent, accipiant, interpretentur. Nos⁵⁸ equidem neutri parti adulantes, sed soli veritati et eius amatoribus inseruire ac gratificari volentes, omnia prout incidere, prout ipsimet ea ⁵⁹ oculis nostris spectauimus, prout ea ex multiplici ocularium testium correspondente narratione ac relatione auribus nostris accepimus, hausimus, obseruauimus, simpliciter, sincere et bona fide enarrabimus. Quapropter si non omnibus, sed⁶⁰ illis saltem qui absque prauo affectu, vero incorruptoque iudicio haec⁶¹ perlegerint, placitura sint⁶², ⁶³ nobis suffecerit. <22> *Nam simul omnibus placere nemo potest, ne Jupiter quidem.*⁶⁴ Si quid vero humana inbecillitate vel omissum vel erratum fuerit, cum omnes norint⁶⁵ *hominis esse errare, labi, decipi,*⁶⁶ illud apud bonos et intelligentes veniam merebitur. Neque ego dum *homo sim, humani quicquam, a me alienum puto,*⁶⁷ veriora adferentibus lubenter cessurus. Vale et fruire his⁶⁸, lector humanissime.

⁵⁷ Toegevoegd in de marge van het handschrift.

⁵⁸ Vgl. Thucydides, A,2,2-3; zie voor verdere uitleg voetnoot bij de vertaling.

⁵⁹ Geschrap: *ex multipli*

⁶⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁶¹ Toegevoegd boven de regel.

⁶² Toegevoegd boven de regel.

⁶³ Geschrap: *nam simul omnibus placere nemo potest, ne Jupiter quidem*

⁶⁴ Erasmus, *Adagia* II, vii, 55 (*Ne Iupiter quidem omnibus placet*). Erasmus schrijft de herkomst van de gedachte toe aan Theognis en schrijft dat de uitdrukking algemeen is in zijn tijd. Zo komt het bijvoorbeeld in een ingekorte vorm (*ne quidem Iupiter omnibus [placet]*) voor op een gevelsteen van het oude stadhuis van Den Haag uit 1565.

⁶⁵ Feith: *noverint*

⁶⁶ Cicero, *Philippica* 12.5

⁶⁷ Terentius, *Heauton timorumenos* 77.

⁶⁸ Toegevoegd boven de regel.

EGGERIK EGGES PHEBENS

/13/ <25>
CHRONICI
RERUM IN PHRISIA ET PRAECIPUE CIRCA
GRONINGAM⁶⁹, GESTARUM,
LIBER PRIMUS.

DE ORIGINE BELLI.

Cum ante annos aliquot (regnante Maximiliano et post eum Carolo eius nominis quinto)

- 1517 Religionis status in Germania per Huldericum Zuinglium et Martinum Lutherum magna ex parte reformatus ac pene immutatus esset, eadem Religio non solum ibi, sed etiam⁷⁰ in Gallia⁷¹ et in ipso quoque Belgio paula-<26>tim plantari, crescere, augeri, adeoque dilatari coepit, ut iam iam omnium fere hominum mentes occupare videretur. Atque eo quidem magis, quod non solum apud rudem plebeculam, sed etiam praecipuos quosque ac nobilissimos viros, principes, comites, barones, doctores, atque etiam S. S. Theologiae professores non obscuri nominis, in summo pretio haberetur. Adeo, ut propediem noua omnino religionis facies per totam Europam expectanda foret.
- 1550 Ad hoc veluti fatale incendium compescendum restinguendumque Imperator Carolus non solum intra limites Romani imperij, sed per ipsas etiam Belgij prouincias, proprias scilicet et haereditarias regni sui ditiones, in Zuinglianos ac Lutheranos quos vocant, varia ac multa promulgat edicta, quibus ipsius Lutheri, Zuinglij, Melan-<27>/14/thonis, Caluini,

⁶⁹ *et praecipue circa Groningam*: toegevoegd in kleinere letters in de marge.

⁷⁰ De vertaling volgt het handschrift: *eadem Religio non solum ibi, sed etiam in Gallia*. Feith heeft *eadem etiam Religio non solum ibi, sed et in Gallia*. In het handschrift ontbreekt na *sed* het woord *et* (en ogenschijnlijk ook *etiam*). Feith voegde het toe, omdat op een eerder *non solum* ('niet alleen') doorgaans *sed et(iam)* ('maar ook') volgt. Hierbij zag hij over het hoofd dat in het handschrift pal boven *sed* een klein verwijsteken staat, dat duidelijk maakt dat het woord *etiam* tussen *eadem* en *Religio* verplaatst moet worden na *sed*.

⁷¹ Geschrap: *quoque*

Bullingeri, similiumque libri ante aliquot retro annos in lucem editi expresse damnantur. Et quicumque illorum dogmate imbuti ac quodammodo infecti essent, ceu manifesti haeretici pro criminis atrocitate grauissime puniri iubentur. Atque huius executionis modum *Inquisitionem Hispanicam* vulgo vocabant, utpote quod ante annos centum eam Ferdinandus rex Hispaniarum in regno Arragoniae ad Christiani nominis hostes Iudaeos et Mahumetanos, eorumque reliquias extirpandas usurpasse dicatur. In eo tamen ab altera diuersa Inquisitio, quod illa in infideles atque gentiles, haec vero in fideles et Christianos populos exerceatur.

- 1555 Mortuo Carolo filius eius Philippus rex Hispaniarum, patri suo sicuti in haereditate, ita etiam in eadem erga <28> religionem affectione successor, et Regno suo et Ecclesiae Romanae prospecturus, defuncti parentis sui in tollendis Zuinglianis ac Lutheranis, consilium nequaquam mutauit, instigatione potius Inquisitorum, quam inclinatione naturae eo inductus.
- 1562 Missus deprecandi causa hoc nomine ad Regem fuit Baro a Montigni ex ordine aurei velleris eques, missus Armenterus Hispanus, missus item Generosus comes
- 1565 Egmondanus et alij plures, quorum quidam aperte repulsam passi sunt, nonnulli quidem amplissimis promissis domum reversi, sed interim Granvellani atque Inquisitorum technis spe sua deiecti et frustrati

sunt, edictis praemissis non tantum non revocatis et abolitis, sed multo etiam seuerius reuovatis. Adeo quidem, uti ea, quae iam antea atramento, nunc sanguine scripta viderentur. Caeterum ut alia <29> omnia edicta regia, quae iam antea apud Maiestatem eius impetrata fuerant, praetereamus, ab eo quod praesentium motuum Belgicorum causam et originem dedit, primum ordiemur.

Anno itaque 1565 mense Decembri⁷², missis a Rege⁷³ ad Ducissam Parmensem Margaritam totius Belgij Gubernatrix⁷⁴ diplomatis, grauissime praecipit, ut olim evulgata edicta iam denuo noua auctoritatis suae accessione confirmata quam strictissime executioni mandaret; Inquisitoribus per singulas provincias e supremo Senatu consiliarios, quorum illi ope et consilio adiuuari possent, adiungeret; in omnibus ciuitatibus novos Episcopos constitueret; Tridentini⁷⁴ Concilij decreta ubique locorum promulgaret; mandata siue edicta sua ad vnguem obseruari curaret, et nihil denique ad extirpandos Reformatos siue haereticos (ut eos vocat) omitteret. Porro praefectos omnes acerrime increpat, quod priora edicta diligentius executi non sint, omnisque in eos haereseos culpam transmittit.

His ita contra omnium opinionem ad Episcopos praefectosque prouinciarum delatis et in plebem diuulgatis tristitia ingens atque moeror cunctorum animos invasit. Quamobrem moti Ordines prouinciarum, veluti in Brabantia, Flandria, Geldria, caeterisque finitimis ditionibus, Gubernatrici libellum supplicem obtulere, quo hoc suae Maiestatis institutum in ijs prouincijs omnino neque fieri posse neque

⁷² Feith: *Decembri 18 die*. De woorden *18 die* ('op de achttiende dag', nl. van de maand december) zijn boven de regel toegevoegd door Ubbo Emmius in een lichtere inkt. Met dezelfde inkt schreef hij in de marge: 'Margaretha hertogin van Parma en Piacenza, al gedurende zes jaren de nieuwe Landvoogdes der Nederlanden voor de koninklijke majesteit van Spanje' (*Margarita Ducissa Parmensis et Plaisancae Reg. Ma. Hispaniarum noua Gubernatrix Belgii iam per annos 6*).

⁷³ Geschrappt: *diplomatis*

⁷⁴ De slotletters *-ni* zijn toegevoegd boven de regel.

debere declarant. Sed nullum fere responsum, nisi ambiguum
1566 valde et quidem longo post temporis interuallo, recepere. Tandem 5 Aprilis die anno
1566 trecenti <31> plus minus ex nobilitate viri tum suo tum publico omnium, quod
prae foribus erat, periculo commoti, Gubernatricem adeunt duce Brederodio,
oblatoque libello supplice obnixe rogant, ut Inquisitorum munus utpote Regiae
dignitati ac patriae ⁷⁵ saluti contrarium abrogaretur; edicta alia religionis nomine, ex
Regis et Ordinum arbitrato, decernerentur; interea etiam ab executione
supersederetur, donec more maiorum ad eam rem e sententia Regis decernendam
Ordines legitime congregari possent. Et quia res iam tum ad seditionem spectare
videretur, si quid, tam aequae postulationis ⁷⁶ contemptu, mali contingeret, se suo
non defuisse officio, sed omni ⁷⁷ culpa vacare velle protestantur. /16/

⁷⁵ Geschrap: *suae*

⁷⁶ Geschrap: *in (?)*

⁷⁷ Geschrap: *no* (aan het begin van de regel en bedoeld om samen met het eerdere *omni* het woord *omnino te* vormen).

Perculsa tot nobilissimorum virorum aduentu Gubernatrice, aderat ei forte <32> quidam magni nominis vir Barlemont, hic eam erecturus importuno spiritu in haec verba prorumpit: *Madamme ne crainde pas ces Geux*, hoc est, Domina mea ne metuas hosce mendicos. *Geux* enim Gallica lingua *mendicum*, Germanice *ein Guetz*, sonat. Quod dictum sicut erat mordax et iniuriae plenum, ita Procerum animos supra modum (sed non immerito) exacerbavit, atque inde arrepta occasione sese *Geuseos* dixere; assumptoque dicterio habitu convenienti, tam pro communis patriae libertate defendenda, quam Inquisitorum molitione avertenda, et se et bona sua devovent. In signum nihilominus suae erga regem fidei atque amoris, effigiem eius collo appensam gestare coeperunt, cum hac inscriptione: *Fideles au Roy iusques à la besace; hoc est: fideles*

Regi usque ad <33> manticam. Atque hinc illa vulgaris acclamatio et in omnibus ferme conviuijs trita cantilena Viue les Geux, viuant siue floreat Mendici.

Post diem et alterum⁷⁸ se de Procerum petitione ad Regem relaturam et simul de edicti mitigatione apud Maiestatem eius sedulo acturam Gubernatrix respondet; et postea etiam communi consensu Marchio Bergensis et Montignius hoc nomine ad regem ablegantur, interim Inquisitionis atque omnium edictorum promulgata abolitione: adeo ut pro summo omnium moerore incredibilis hoc facto exorta sit laetitia.

Caeterum, uti *semper in mora periculum esse solet*, dum nullum a rege, quamvis diu desyderatum, redderetur responsum, Inquisitionisque architecti contra expressa Gubernatricis placita pro lubitu omnia attentarent, nobilium factum immanis-<34>simis calumnijs accusarent, ad haec ipsi quoque legati in Hispania morte affecti dicerentur, *concitati vulgi affectus refraenari nullo modo potuere*. Quamobrem sub finem mensis Iulij⁷⁹ Bruxellas delectos suos misere, qui eo nomine apud Gubernatricem grauitur conueruntur, et si quid inde deterius Reipublicae contingeret, sibi idipsum imputari non debere expresse protestantur. /17/

Ita tandem⁸⁰ in eum statum deducta res est, ut veluti populi adfectus, ita etiam reformatae religionis cursus aut⁸¹ cohiberi, aut sisti, aut intra priuatos parietes contineri amplius nullo modo posset. *Relligio enim ceu palmus, quo magis premitur, hoc magis attollit sese*. Tum enim in multis locis, tam intra quam extra ciuitatum moenia, in⁸² suburbijs, agris, et vicinis nemoribus haberi <35> coeperunt conciones, verbi ministris e Germania, Gallia et aliunde vocatis, accersitisque; ad quas initio quidem inermes, postea metu aduersariorum, vel gladio, vel fuste (prout iter facientibus mos esse solet) armati accesserunt, et eorum numerus breui temporis momento, ad multa millia⁸³ ac tandem ad infinitum etiam excreuit.

⁷⁸ Feith: *Post diem 6 Aprilis*. In het handschrift streepte Emmius *et alterum* door en schreef daarboven met dezelfde lichtere inkt waarmee hij op p. <29> informatie over Margaretha van Parma toevoegde, *6 Aprilis*.

⁷⁹ Geschrap: *legati*

⁸⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁸¹ Toegevoegd boven de regel.

⁸² Geschrap: *agris*

⁸³ Geschrap: *excreuit*

Haec ubi cernit Ducissa Parmensis, et simul quae ex ijs incommoda (uti praedictum saepe fuerat) secutura essent perpendens, sub finem mensis Augusti confoederatis nobilibus, cessante interim Inquisitionis executione, publico decreto securitatem promittit, donec Rex ipse aliud edixerit. His nimirum conditionibus, ut imprimis regi regiisque praefectis debitam praestarent obedientiam, arma deponerent, turbis et motibus compescendis pariter incumberent, <36> ab iconomachijs abstinerent, conciones nouas non haberent, ubi vero habitae hucusque⁸⁴ essent, eas ibi sine armis atque scandalis continuarent. Haec itaque confoederati ita obseruaturos se sancte promittunt; illa vero eadem regio sigillo confirmat, et paulo post ubique locorum publicari curat, publicoque edicto inhiberi ne⁸⁵ quis alium religionis⁸⁶ nomine vel verbis vel factis turbaret.

⁸⁴ Geschrap: *habitae*

⁸⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁶ Geschrap: *turba*

Ita in Brabantia, Flandria et vicinis locis constitutis rebus, qui remotiores erant per Belgium Phrisij, religionis libertatem a rege omnino permissam arbitrati, prope Groningam et alibi confertim etiam⁸⁷ ad audiendas conciones confluxere, eo scilicet ardore et zelo, ⁸⁸ ut propter nimiam multitudinem relictis templis, in coemeteria secedere, ⁸⁹ et sub dio conciones in-<37>stituere coacti sint. Tandem ⁹⁰ in ipsa /18/ quoque⁹¹ urbe Groningana idem uti facerent impetrarunt, delecto ad hunc usum templo coenobij Franciscani, idque non vi neque clam, sed publico magistratus legitimi, hoc est totius senatus, tribunorum plebis, et quod magis est regij Locumtenentis atque monachorum eius loci consensu ac autoritate, ea tamen conditione, ne reliquis templis, monasterijs, ecclesiasticisque personis vis ulla inferretur, quemadmodum haec omnia literis comprehensa, 17 Septembris die e curia publice proclamantur.

Sequentibus diebus Senatus apud Guardianum dicti coenobij agit, ut ipsum templum legitime repurgetur, ad hoc etiam suam operam illis promittens: quemadmodum quoque 19 eiusdem mensis die post meri-<38>diem factum est per aedilem et operarios ciuitatis, duobus e Senatu (⁹² ut decentius omnia fierent) semper praesentibus. Atque ad eum modum templo repurgato supellectilibusque legitime sepositis, conciones ibi instituuntur, veteri scilicet testamento atque nouo, nec non et orthodoxis patribus conformes.

Accidit autem interea temporis, in superioribus Belgij oris, ut statuae et altaria templorum everterentur; astune quorundam qui accusandae plebis occasionem aucuparentur, anne petulantia quorundam, zeloue eorum, qui putarint, *Deum pure coli non posse, nisi instrumentis, quae peccandi ansam dedissent, sublatis*, non satis constat. Illud vero

⁸⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁸ Geschragt: *p*

⁸⁹ Geschragt: *coactis*

⁹⁰ Geschragt: *quoque*

⁹¹ Toegevoegd boven de regel.

⁹² Geschragt: *q (?)*

certum est, in quibusdam locis ipsos sacrificos pontificiosque magistratus pretiosissima quaeque remouisse, secutos deinde pueros infimamque⁹³ plebeculam⁹⁴ sustulisse caetera. Utcumque sese res haec³⁹ beat, fuit haec saeuiendi occasio Granuellano caeterisque inquisitionis Hispanicae architectis imprimis apta et opportuna. Statim enim milite conscripto nonnullos eorum, qui statuas confregissent, in vincula conijciunt, multosque eorum capite plectunt.

Caeterum quum a⁹⁵ nemine expiscari posset, vel ministros ecclesiae, vel consistoriales, vel aliquem eorum, qui nominis alicuius inter reformatos esset, eius facinoris authores /19/ extitisse, Gubernatrix coeptam transactionem omnino exequitur, delectos ex nobilitate viros,⁹⁶ qui omnia secundum transactionis tabulas constituent, loca templis extruendis concionibusque habendis designent, emittit. Adhaec a praesidijs immunem populum atque omni periculo securum certo adfirmat.

Caeterum,⁹⁷ magna ex parte *in-40>opinatam foelicitatem tristissima quaeque consequi solent*. Populo enim tanquam e turbulentissima quadam tempestate in portum tranquillitatis appulso, is ipse⁹⁸ se⁹⁹ nonnihil recreare ac reficere coepit, metum omnem deponere, religionem libere exercere. Interea magistri Inquisitionis longe aliud meditabantur. Neque enim sumpto de iconoclastis durissimo supplicio, neque editis euidentissimis, tum bonorum omnium asseueratione, tum veritatis per tormenta excussione, testimonijs (ex quibus reformatorum innocentia aperte liquebat), illorum furor acquieuit. Paulatim itaque militem nuper collectum ingenti accessione adaugent, praesidia urbibus imponunt, ac tandem quid monstri alerent, aperte designant. Iam enim edictis nouis, ijsque ambiguis et delusorijs, promulgatae transactionis¹⁰⁰ auctoritatem convellunt, publicaeque fidei tabularum obsig-
<41>nationem de die in diem protrahunt, plerisque in locis magistratum abrogant, novum rursus et suo instituto peridoneum substituunt. Iam armata manu concessas conciones disturbant, auditores et ministros telis convitijsque excipiunt. Iam multos eorum in vincula, multos in crucem agunt, non paucos exilio mulctant. Iam nouas iuramenti formulas, quibus homines Pontificiae religionis nexu obstringerent, praescribunt, recusantes pro hostibus et Regiae Maiestatis perduellibus habent. Reformatis denique arma adimunt, caeteram¹⁰¹ plebem

⁹³ Feith: *infirmam*

⁹⁴ Geschrap: *caetera*

⁹⁵ Geschrap: *nullo*

⁹⁶ Geschrap: *emittit*

⁹⁷ Geschrap: *uti*

⁹⁸ *is ipse*: toegevoegd boven de regel.

⁹⁹ Oorspronkelijk: *sese*, maar in tweede instantie werd *se-* geschrap.

¹⁰⁰ Geschrap: *u* (?)

¹⁰¹ Feith: *caeterum*

in eos tanquam publicos hostes concitant, ac nullum saeuitiae crudelitatisque genus omittunt. Ad quae omnia sacrifici, qui ad Cardinalitiorum et Inquisitorum Hispaniensium libidinem constituti erant, classicum canebant. /20/

His et similibus tam crudelibus et plus quam tyrannicis facinoribus commoti Reformati, nec ullam sibi salutis <42> spem videntes restare amplius, putarunt sibi iam denuo ad preces et supplicationes confugiendum esse. Eiusmodi igitur libellos singulae fere ciuitates suis exhibuere magistratibus, omnibus animi contentionibus orantes, ut pro miseris subditis intercedere non dedignentur. Quod quemadmodum erat aequum et summopere necessarium, ita quoque sub exitum huius anni, Nouembri mense, factum est diligenter.

1567 Ineunte anno 1567 mense Ianuario Ioannes a Ligne, comes Arenbergius, Phrisiae, Transissulaniae, vicinarumque ditionum regio nomine Gubernator, Occidentalem Phrisiam (reformatorum concionatoribus expulsis, ¹⁰² Transissulani quoque ¹⁰³, ut ¹⁰⁴ nihil ¹⁰⁵ contra regem molirentur ¹⁰⁶ ¹⁰⁷, iuramento obligatis) ad regias partes rursus adegit. ¹⁰⁸ Atque ita in ¹⁰⁹ occiduae Phrisiae parte collocatus Iacobus Husingius Groninganus ¹¹⁰ mi-<43>litem suum praesidij causa per varia ibidem oppida ac munitiones disponit.

Octauo Februarij in Brabantia Brederodius nobilium nomine ad Gubernatricem literas mittit, atque ad colloquium admitti postulat, sed ea vice repulsam ¹¹¹ patitur. Quapropter non multo post nobilium supplicationi postulata plebis annexa rursus transmittit, ac de tanta iniquitate valde conqueritur, rogans, ex praescripto transactionis cum populo agatur, religionis libertas concedatur, copiaequae militares, contra datam fidem collectae dimittantur. Tandem 16 Februarij illa respondet, non in totum religionis exercitium, sed solas conciones permissas; ¹¹² a plebe itaque quod secus fecisset, pacta violata ait, ipsumque Brederodium

¹⁰² Geschrap: *fugatisque*) ad regias similiter partes redegit, accepta qu•que ••

¹⁰³ Toegevoegd boven de regel.

¹⁰⁴ Toegevoegd boven de regel.

¹⁰⁵ Geschrap: *eos*(?)

¹⁰⁶ Veranderd uit: *moli••η•••*

¹⁰⁷ Geschrap: *ut dicitur*(?)

¹⁰⁸ *obligatis*) ad regias partes rursus adegit.: toegevoegd in de marge.

¹⁰⁹ Toegevoegd boven de regel.

¹¹⁰ Geschrap: *qui*

¹¹¹ Feith: *repulsum*

¹¹² Feith: *permissas*,

aliosque nobiles quotquot antea libellum supplicem exhibuerant, seditionis auctores esse, et pro Maiesta- <44> tis regiae ac patriae hostibus habendos.

Quibus intellectis, dictu mirum quantopere illi consternati sint, nullumque¹¹³ non modo purgationibus imo nec /21/ deprecationibus locum superesse, sese palam pro hostibus haberi, denique omnia loca paulatim militibus obsideri, adeo ut ne exitus quidem ad fugam superesset, tandem etiam et confoederati, non tam aduersus Regem quam barbaricos regios ministros, qui verae religioni ac Belgicae libertati pro viribus suis insidiabantur, defensionis ergo militem conscribunt. Interim Ecclesia misere concussa est, ministri eius et alumni in varias plagas mundi dissipati. Inter caeteros etiam 21 Aprilis die Gulielmus a Nassau Auricae Princeps fabricatas in Hispania technas subolens, easdemque Hornensi atque Egmondano Comitibus reuelans, vna cum alijs quamplurimis <45> ijsque nobilissimis viris, in Germaniam discedit.

Sic *laesa patientia tandem fit furor*¹¹⁴, et quemadmodum dici solet, *furor arma ministrat*¹¹⁵. Sicuti igitur iam antea tacite^{116 117} quidem, ita nunc palam omnia in duas distracta sunt parteis¹¹⁸. Quidam enim praefectis Hispanicis et catholicae Romanae religioni, nonnulli vero confoederatis proceribus Belgij ac reformatae religioni adhaesere. Hos ex scommate (de quo superius diximus) *Geuseos*, a religione reformatos, a reformatoribus *Zuinglianos, Lutheranos* vel *Caluinistas* dixere. Illos, quod Pontificis Romani siue Papae propugnatores essent, *Papistas*, nec non et *Catholicos*, quod hactenus et apud omnes

¹¹³ Deze zin heeft grammaticaal gezien een onsamenvattend patroon (anakoloet). Met *nullumque non modo purgationibus imo nec deprecationibus locum superesse* begint een reeks accusativus cum infinitivo constructies, die niet grammaticaal, maar in gedachte voortborduren op een werkwoord ontleend aan *Quibus intellectis* ('nadat ze die dingen hadden ingezien'), waarmee de zin begint. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

¹¹⁴ Dit oud Latijnse spreekwoord, dat voorkomt bij Publilius Syrus, *Sententiae*, Littera F (*Furor fit laesa saepius patientia*) en bij Aulus Gellius, *Noctes Atticae* 17,14,4, werd meer gehoord in deze jaren van grote spanningen. We vinden het in 1580 op de markt van Antwerpen. Zie daarvoor: Emanuel van Meteren, *Oorlogen en geschiedenissen der Nederlanden en derzelver nabuuren*, Volume 3 (Amsterdam: in de boekwinkel van S.J. Baalde, 1786), p. 432. De vertaling is geïnspireerd door het Nederlands van: *Hemelsche-post-bode, verkondigende van den hemel aen de menschen op aerden ...*, door Abraham Magyrus (Alkmaar, gedrukt bij Pieter de Wees, 1679), p. 233. Het motto staat ook boven een gedicht met de titel *Tergingen* in *Zederyke zinnebeelden der tonge* van Matthaëus Brouërius van Nidek (Amsterdam: bij Van der Kroe en Capel, 1786), p. 268; daarin ook de volgende regel die als een vrije vertaling beschouwd kan worden: 'Hoe goeder menschen, hoe te feller woedt hun tooren / wanneer een onverlaat hen dikwijls komt verstooren'.

¹¹⁵ Vergilius, *Aeneis* 1,150.

¹¹⁶ Toegevoegd boven de regel.

¹¹⁷ Geschrap: *pro parte*

¹¹⁸ Feith: *partes*

vulgo recepta doctrina uterentur, ac postea etiam *Male contentos*, nominarunt. Utraque vero pars Regium nomen iactabat, eiusque <46> subditos se esse profitebatur. Obtinuit tamen vulgo, ut qui¹¹⁹ a parte Pontificis stabant Catholici, iidem et regij et Catholici dicerentur, siue quod reges Hispaniarum iam longa tempore hoc titulo cognominati sint, siue quod eam religionem Rex¹²⁰, quamuis foedissime conspurcatam, veluti¹²¹ pro aris focusque¹²² depugnans¹²³ pertinacissime defendat. Reliquos igitur pro ratione materiae aut Confoederatos Status aut Reformatos dicemus. Atque ad hunc modum incensa est fax illius tam diuturni et¹²⁴ intestini belli, de¹²⁵ cuius fructu aliquando certiores facturi¹²⁶. /22/

UT AUTEM AD INSTITUTUM NOSTRUM progrediamur, primo omnium, uti diximus, in superioribus Belgij provincijs, utpote in Brabantia vicinisque ditionibus et locis grassari hoc malum¹²⁷ coepit, deinde quoque ad alias provincias sese¹²⁸ con-<47>uertit. Imo ne vicinae quidem exterorum Principum ditiones, ab hac miseranda lue et belli contagione immunes evasere. Testantur hoc, suo maximo damno, Coloniensis, Monasteriensisque ditionis miserrimi ac pene disperditi incolae. Testatur hoc ducatus Iuliacensis ac Cliuensis, nec non et comitatus Benthemensis,

¹¹⁹ *qui*: ontbreekt bij Feith

¹²⁰ Toegevoegd boven de regel.

¹²¹ Toegevoegd boven de regel.

¹²² Geschrap: *veluti*

¹²³ Toegevoegd boven de regel.

¹²⁴ Geschrap: *miseri*

¹²⁵ Geschrap (in aansluiting op het woord *de*): *quo sequentibus paginis ordine disseremus*. Phebens is niet meteen tevreden geweest met de formulering van deze zin en zijn wijzigingen hebben er een anakoloet van gemaakt. Hij verbond namelijk eerst het voorzetsel *de* met de (onmiddellijk daarna weer doorgehaalde) woorden *quo sequentibus paginis ordine disseremus* ('waarover we op de volgende pagina's in volgorde zullen betogen'). Vervolgens schreef hij na *de*: *cuius fructu aliquando certiores futuri* [*sc. sumus*] ('eens zullen we over de vrucht daarvan zeker zijn'). Dit *de cuius fructu aliquando certiores futuri* is ook de tekst die Feith overnam. Feith ging echter voorbij aan Phebens' moeilijk leesbare, maar onmiskenbare wijziging van het woord *futuri* in *facturi*, waarvan in de vertaling van deze passage uit wordt gegaan: *certiores facturi* [*sc. sumus*] ('wij zullen kond doen'). Overigens komt de uitdrukking *certiores futuri* in de Kroniek op geen enkele manier voor, terwijl *certior* verbonden met een vorm van het werkwoord *facere* ('verwittigen') in totaal vier keer verschijnt. Wel ontbeert zowel de lezing *certiores futuri*, als *certiores facturi* (ter vervanging van het doorgehaalde *disseremus* 'we zullen uiteenzetten') een aanvullend werkwoord als *sumus*, mede ter bepaling van het onderwerp. Dit laatste is nodig omdat de bijzin om een ander onderwerp (namelijk 'wij') vraagt dan de eraan voorafgaande hoofdzin (*fax*, 'fakkel'). Dit *sumus* zal nu in gedachte moeten worden aangevuld uit *dicemus* ('we zullen noemen') in de voorafgaande zin. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

¹²⁶ Feith: *futuri*; maar in het handschrift werd *futuri* verbeterd in *facturi*. Zie voor de uitleg de vorige noot.

¹²⁷ *hoc malum*: toegevoegd boven de regel.

¹²⁸ Geschrap: *ad hoc malum*

Phrisiae Orientalis, aliaeque vicinae quamuis Augustissimo Romano Imperio subiectae ditiones. Nos ea saltem, quae circa Groningam in Phrisia nostra et huic vicinis locis acta gestaque sunt, hoc praesenti volumine, quam breuissime fieri poterit¹²⁹, comprehendere voluimus.

Quum itaque propositum nobis sit his in rebus memoratu dignum nihil omittere, primo omnium nobis occurrit miserandus casus Dominorum Batenbergensium. Hi enim quinto Maij praesentis anni 1567, cum <48> duobus alijs nobilibus Phrisijs in Phrisia a Mulerto capitaneo Arenbergico, dum mare nauigio tranarent per nautam ad vada appulsi ac decepti, capiuntur; ac postea ab Inquisitoribus Hispanicis ad mortem condemnati, nobilis suae prosapiae nobile et in omne aeuum celebrandum exemplum martirij omnibus pijs reliquere.

Labente tempore Ducissa Parmensis, ac postea etiam Gubernator Arenbergius per literas magistratibus iniungit, in urbe Groningana et vicino agro conciones ut abrogarent, atque edicta de templis non violandis purgandisve consuetis in locis publicarent. Senatus utrique separatim sed simili tenore respondet: non se conciones semel concessas hoc tempore rursus abrogare posse; ne autem ¹³⁰ in posterum ¹³¹ templis ullis vis¹³² aliqua inferri posset, curaturum. Quibus non satiata Parmensis missis <49> literis secundo instat, sed idem uti prius accepit responsum. Tertio missas /23/ literas (ut nimirum adhuc conciones abrogarent ipsi, vel auditores ad hoc bonis verbis et promissis inducerent, deque regis benignitate non desperarent, securique permanerent) Locumtenens Ioannes de Mepsche ipsemet Senatui exhibet, serio addens, ni mature id fieret, Gubernatricem Parmensem intra triduum regium militem, quantumcunque iuris aut priuilegiorum ciuitas praetendat, ad moenia ipsa adducturam.

¹²⁹ Feith: *potest*

¹³⁰ Geschrap: *ullis*

¹³¹ Geschrap: *noceretur*

¹³² Feith: *ullisvis*

Huiusmodi praelectis literis et alijs rationibus allatis, Reformati tam in urbe quam agro templa relinquunt, conciones abrogant, ministros evangelij dimittunt, ac bona omnia iam pridem occupata restituunt. Quibus omnibus non consyderatis¹³³ sexto Iunij Arenbergius promissorum omnium oblitus, []¹³⁴ ad quatuor signa ¹³⁵ <50> Germanorum sub Blasio Fegershemio militantium ciuitati obtrudit. Ac post eius discessum praedictus Locumtenens in mandatis se habere exponit nonnullos per se, nonnullos etiam per ipsum Senatum ex urbe relegare, ea addita comminatione, ni id ita fieret, se praesentes et paratos habere per quos negotium exequeretur. Ita consequenter tum ipse, tum Senatus permultos, ad sexaginta sex, praeter uxores atque liberos, tum senatorij tum plebei ordinis viros¹³⁶, ex urbe discedere, ac bona sua fortunasque omnes relinquere, et in triste exilium abire, contra formam juris inauditos coegit. Milites praesidiarij interim in alios etiam ciues eorumque fortunas miserabiliter desaeuere, bona scilicet diripiendo, homines incarcerando interficiendoque. Praeterea claues ciuitatis arripuerunt, portas et moenia occuparunt, armamentaria ¹³⁷ publica expilarunt, apparatus omnes <51> consumpserunt, nullum denique saeuitiae ac lasciuiae modum omiserunt. Qua iniquitate ¹³⁸ moti homines permulti, voluntario discessu ex urbe commigrarunt, satius esse rati *patrio solo carere, quam tantam petulantiam coram*¹³⁹ *intueri.*

Hactenus de gubernatione Margaretae ducissae Par- /24/ mensis; ea quum moderatius quam Inquisitoribus placebat, agere videretur, circa 22 Augusti alius ex Hispania Gubernator Ferdinandus de Toleto Dux Albanus, qui iam antea contra principes Germaniae, tum temporis Augustanam confessionem defendentes, Carolo Quinto militauerat, in Belgium aduenit. Bruxellis honorifice exceptus regias literas, quas vulgo Credentias vocamus, ostendit; ac simul quid ei a rege mandatum sit, proponit.

¹³³ Feith: *consideratis*

¹³⁴ Hier is door Feith het woord *ciuitati* uit het handschrift geschrapt. Phebens herhaalt het een paar woorden verder, waar het beter op zijn plaats is, maar vergat het om het hier door te halen.

¹³⁵ Geschrapt: *•i*

¹³⁶ *ad sexaginta sex, praeter uxores atque liberos, tum senatorij tum plebei ordinis viros:* toegevoegd in de marge van het handschrift.

¹³⁷ Geschrapt: *atque apparatus omnes*

¹³⁸ Geschrapt: *per*

¹³⁹ Feith: *eorum*

Hortatur omnes ad obedientiam, ut arma deponant, utque Romanae Ecclesiae <52> ante omnia obtemperent. Ac quo commodius domare posset eos qui resisterent, urbes et arces nouis praesidijs confirmat. Deinde non paucos eosque primarios viros, quos quidem comprehendere poterat, in vincula mittit, in omnes, tum Reformatos tum Pontificios peraeque saeuit; principes viros contra omnia iura ac imprimis Burgundicae aurei velleris societatis sanctiones ex vinculis causam dicere cogit, eius iudicium recusantes capite plectit. Caeteros, qui totius Belgij tranquillitatem omnibus modis viribusque tutati fuerant hactenus, seditiosos et rebelles declarat. Qui sese fidei eius committere et regi suo ¹⁴⁰ reconciliare satagebant, ut bona sibi reseruarent sua, spe frustrati simul et vitam et bona perdidere. Inter alios

¹⁴⁰ Geschrap: *rursus*

etiam 9 Septembris Generosos appraehendit¹⁴¹, ac postea, tanquam seditiosos <53> siue perfidos suae Maiestatis clientes, in publico damnatos, securi percutit. Ut¹⁴² vel hoc nomine sole clarius appareat Inquisitorum mentem non¹⁴³ fuisse¹⁴⁴, uti iactant,¹⁴⁵ iam¹⁴⁶ recens¹⁴⁷ reformatam religionem, sed bene formatam regionis politiam radicitus extirpare, et veluti in Sicilia et regno Neapolitano, ita et in Belgio, pro innata libidine dominatum constituere. Alioqui quid

¹⁴¹ Feith: *apprehendit*

¹⁴² Na *percutit* staat geen komma, maar een punt, gevolgd door een nieuwe zin: *Ut ...* Deze interpunctie laat zien dat Phebens de *Ut*-zin niet beschouwt als een bijzin van het voorgaande, maar eerder als een afzonderlijke bijzin, waarvoor in gedachte iets als *Sequitur* ('Daaruit volgt') kan worden aangevuld. Zie voor de ellips Deel I, Hfdst. IV, 6^e.

¹⁴³ Toegevoegd boven de regel.

¹⁴⁴ Geschrap: *non*

¹⁴⁵ Geschrap: *reformatam*

¹⁴⁶ Toegevoegd boven de regel.

¹⁴⁷ Geschrap: *religionem*

erat causae, cur iam dictos comites, regij nominis studiosissimos, reformatae autem religionis omnino ignaros, et alios hisce non dissimiles nobilissimos viros, vita spoliarent? Quid causae, quod usitata hactenus comitia atque Sta- /25/ tuum conventus non admittant? Ad quid ciuitates et prouincias¹⁴⁸ arcibus atque Castellis extractis¹⁴⁹ ¹⁵⁰ (quemadmodum nunc Albanus facit) sibi subiiciunt? Plane ut vel mentis expers fuerit, qui haec non optime suboleat. Nos interim ad nostros limites revertemur. <54>

1568 Anno itaque post natum Christum millesimo quingentesimo sexagesimo octauo mense Maio, proscriptis ab Albano quam plurimis iisque primarijs viris, et inter caeteros etiam Gulielmo Nassouio principe Auraicae ac fratre eius Ludouico Comite Nassouiense, ille aduersus Albanum in Brabantiam, hic vero in Phrisiam proficiscitur spe potiundae urbis Groningae. Haec enim ut est totius Phrisiae potentissima et munitissima urbs, atque adeo vnicum quasi propugnaculum firmissimum, ita etiam prae caeteris ¹⁵¹ sibi atque confoederatis eam adijcere satagebat. Atque ad id consequendum suos quoque intra eius moenia dicitur habuisse ¹⁵² fautores, quorum literis praecipue atque sollicitationibus accitus putabatur, alioqui tam arduum opus ita facile non suscepturus.

In Phrisiam itaque irruptionem faciens paucis cum militibus primum <55> in Westeruoldanum tractum aduenit, ac statim altera post die Weddam arcem Comitis Arenbergij, ad limites huius prouinciae sitam, in deditionem accepit. Hinc indies maiore militum numero adauctus, Adolpho fratre suo et Iusto Comite Schouwenbergio sese adiungentibus, Winschotam contendit. Interea in Drentiam emisso equitatu, prope Groningam ad mille [trecentos]¹⁵³ ex hoste qui sub Grusenbecio mererent, plane dissipat, atque hoc facto exercitum suum Dammonem usque (qui in agro Groningano ¹⁵⁴ et magnitudine ¹⁵⁵ et splendore aedium non obscurus vicus habetur) perducit, Pharmsemij sex signa peditum disponit, munitoque Delffzylo, quod non multis inde passibus distat, eo locorum castra ¹⁵⁶

¹⁴⁸ Vermoedelijk veranderd uit *prouinciae*

¹⁴⁹ Toegevoegd boven de regel.

¹⁵⁰ Geschrap: •n••antu• (?)

¹⁵¹ Geschrap: *eam*

¹⁵² Geschrap: *dicitur*

¹⁵³ Feith; handschrift: *trecentes* (dit woord komt niet voor, het is een verschrijving van Phebens; vier keer gebuikt hij de correcte vorm *trecentos*).

¹⁵⁴ Geschrap: *non obs*

¹⁵⁵ Geschrap: *aedi*

¹⁵⁶ Geschrap: *h•••*

metatur. Situs Nassouio vel duplici nomine commodissimus: quippe cum per ipsum Delfzylum fluuius quidam ab urbe Gro-/26/ningana in mare decurrat, eadem opera et Groninganos com-<56>meatu intercludere ab ea parte, sibi vero eo facilius rerum necessariorum, quibus exercitus semper opus habet, aduectione prospicere poterat.

Quod cum ad Albanum ex certis nuncijs delatum esset, is Nassouio in tempore occurrendum statuit. Lustratisque copijs, quas habebat immensas, Comitem Arenbergium Joannem a Ligne Phrisiae gubernatorem, nec non Julianum Romerum et Curtium Martinengum, cum ingenti militum tam Germanorum quam Hispanorum Burgundionumque manu, contra illum in Phrisiam ablegat. Intra limites eius delati foeliciter, protinus signa aliquot Witteuerum usque (quod est coenobium, medio videlicet inter Groningam et Dammonem itinere) procedunt, atque ibi leuiter quidem sed usque ad ipsam noctem cum Nassouianis congregiuntur. Cum autem nocturnae tenebrae ingruentis¹⁵⁷ pugnae finem <57> facerent, Nassouius Dammonem reversus eadem nocte cum omnibus suis se ilico recipit Winschotam, ubi tutiore loco munitus hostibus faciliorem victoriam extorquere poterat. Superato enim nemore Sanctae Leae, ad hunc pagum vna tantum via acceditur eaque perangusta et ab utroque latere continuis fossis aditu difficili et prope inuia. Hic igitur aciem instruit suam, hostemque expectat.

Altera luce Regij Dammonem iter instituunt; caeterum nemine ibi reperto, exploratis rebus ilico Winschotam usque Nassouium persequuntur. Arenbergius autem ceu prudens dux, atque gnarus locorum et naturae eius regionis, ut circumspectius ageret tutiusque Nassouium adoriretur, in proximis pagis nonnihil cunctandum putabat, expectaturus aduentum Comitis Megani, qui non multo locorum interiecto spatio, cum selectissimis equitum <58> Germanorum turmis aliquot sequebatur. Aderat tum forte praefectus quidam Hispanorum, hic festinabundus, et nimium

¹⁵⁷ Feith: *ingruentes*

victoriae laude flagrans hoc nomine in ipsum Aren- /27/ -bergium tanquam *Geuseum*¹⁵⁸ (ut eum vocabat) valde stomachabatur, eoque rem deducit, uti Comes eius in committendo praelio votis annueret. Sed quid contigit? Vix hostium¹⁵⁹ assecuti erant conspectum, ex improviso mox e fossa quadam prosiliunt trecenti plus minus Galli ibi¹⁶⁰ in¹⁶¹ insidijs prope triuium collocati, Hispanamque aciem quantis possunt viribus dissipant, ordines omnes omnino turbant, machinasque aeneas (quarum sex numero erant) a Groninganis regio militi attributas intercipiunt. Nec mora, tantus utrimque fit bombardarum, tympanorum, tubarumque vociferationibus hominum commixtus clangor strepitusque, ut ipsum coelum ruere totum atque collabi videretur. Tum vehemens erat conflictus, ut intra <59> vnius horae spatium ei sicut initium, ita et finis imponeretur, et a parte regia ad duo millia virorum ab ijs, qui ipsa cadauera humo mandarunt, cecidisse dicantur.

¹⁵⁸ Geschrap: *de*

¹⁵⁹ Geschrap: *cons*

¹⁶⁰ Geschrap: *ex*

¹⁶¹ Toegevoegd boven de regel.

Commisso praelio hostibusque fugatis ac dispersis, Hispanos omnes quos usquam gentium deprehendere vel e latibulis eruere poterant, partim gladijs, partim hastis, partim bombardis statim interimunt. Multos proprijs laqueis, quos secum ad strangulandum alios non exiguo numero aduexerant, in proximo nemore ex arboribus suspendunt. Beneficio Ludouici ex Germanis nullus fere nisi in ipso quasi furore et primo congressu interficitur, sed multi ex ijs in templum Winschotanium deducuntur captiui, atque ibi ad tempus aliquod retenti, postea iure belli (ne videlicet intra aliquot menses Regi militarent) libere dimittuntur. Ipse Arenbergius in hoc quoque praelio cecidit, et cum eo Hispanus qui <60> Arenbergium suis, ut dictum est, conuitijs ad committendum praelium incitauerat. Ut liceat hic recte dicere, *consilium malum consultori pessimum*. Nam, *qui alium temerario impetu in pugnam protrahit, sibi ipsi saepenumero interitum accersit*. Arenbergius itaque in proximo coenobio ad Sanctam Leam quod dicitur primo humatus est a monialibus eius loci, postea rursus effossus /28/ plumbeoque loculo impositus inde rursus auehitur. A parte Ludouici frater eius Adolphus comes Nassouiae simili fato interiit, atque hic primo Embdam, atque istinc in¹⁶² patriam ditionem transmittitur. Pauci alioqui ex militibus eius desyderati sunt.

Sequentes aliquot dies colligendis ¹⁶³ spolijs consumptae sunt, et praeter currus omni supellectilis genere atque apparatu onustos, ¹⁶⁴ praeter inquam tormenta bellica, nec non et totum commeatum, quem ibi nacti sunt, pulcherrimis armis vesti-<61>busque Hispanorum sese omnes egregie exornant. Facta haec est pugna anno praememorato 1568 die vigesimo septimo mensis Maij.

Hac victoria potitus hostiumque tormentis et armis instructus, Nassouius vna cum Schouwenbergio et Hochstratense Comite totoque exercitu Groningam contendit, et eam obsidione cingit. Agricolis mediocrem pecuniae summam imperat; e quibusdam locis campanas auehit, vna ubique, quam ad Ecclesiae coetum convocandum sufficere putabat, relicta. In caeteris se ita gerit, ut potius pro amico quam pro hoste habendus esset. Primo itaque ad altiorem

¹⁶² Toegevoegd boven de regel.

¹⁶³ Geschrap: *spl*•

¹⁶⁴ Geschrap: *nec non et totum commeatum quem ibi nacti sunt*

pontem, qui australis vulgo dicitur, deinde et apud coenobium Syloense siue Seluerdiense, nec non apud Ouelgunnam castra locat, habens iam tum in exercitu suo praeter equitatum viginti sex saltem aut paulo plures cohortes, quarum tamen maxima pars erat quadringentorum, quingentorum et ultra <62> viro- rum. Ex quibus plurimi et praecipue nobiles viri¹⁶⁵ suapte sponte ac proprijs sumptibus (quos solo religionis nomine huic bello impendebant) absque ullo stipendio militabant, pietatis zelo plane ardentem.

Groningani contra cum praesidiario milite hostem suum glandibus tormentorum alijsque quibus possunt modis et armis intrepide excipiunt, portas claudunt, glandes fundunt, aggeres erigunt, ac nihil denique, quod ad reijciendum hostem fieri solet, hoc tempore omittunt. /29/

Interea Chiapinus Vitellus, Groningani¹⁶⁶ ab Albano auxilio destinatus, vndique militem colligit, et antequam Albanus se quoque armaret, in Phrisiam tendit, atque ab altera ciuitatis parte castra metatur. Nassouius eum tum non semel ad pugnam provocasse dicitur, sed sine Albano is fortunae lubricum experiri recusauit. Interim tamen varias inter se faciunt excursiones <63> velitationesque: imprimis vero vicesima secunda die Iunij, qua ad ducentos Nassouius, Regij etiam non paucos de suis amisere, praefecto equitum Curtio Martinengo vna cum caballo suo in foueam delapso et vix aegre hostium manus effugiente, Comite vero Megano lethaliter vulnerato¹⁶⁷.

Dum itaque viribus longe inferior esset Nassouius quam ut tantam et tam validam opere praesidioque munitam urbem vi expugnare posset (tormentis scilicet et alijs instrumentis, rebusque bellicis, non¹⁶⁸ satis instructus), astu rem attentare nititur. Eodem itaque mense intra urbem misit, qui diuersis in locis incendium excitarent, ut hac ratione occupatos in restinguendo ciues commodius aggrediretur, aut certe inter eos diffidentiam et dissidij semina procuraret. Caeterum ex illis vnus captus et postea in quatuor partes dissectus,

¹⁶⁵ Toegevoegd boven de regel.

¹⁶⁶ Geschrap: *auxilio destinatus*

¹⁶⁷ De schrijver had hier moeite om *lethaliter vulnerato* op de regel te passen, wat er op zou kunnen wijzen dat de opmerking *Comite ... vulnerato* (die ook wat gedrongener is geschreven) later is toegevoegd: de letters *-aliter* (van *lethaliter*) zijn nauwelijks herkenbaar boven het woord toegevoegd; *-to* (van *vulnerato*) onder de regel, aan het einde. Zie ook de opmerkingen bij de vertaling.

¹⁶⁸ Geschrap: *non*

poenas tali facinore dignas dedit. Misit etiam aliquot intrinsecus armatos albis penu<64>lis superindutos milites, qui lamentantium rusticorum specie portis insidiarentur, caeterum et hoc prorsus irrito conatu, multis vulneratis et interemptis.

Cum ita quotidie et quasi pugnando velitandoque inter sese congregarentur, interea rumor spargitur de aduentu ducis Albani. Neque is omnino vanus fuit, nam non multo post, die 14 Julij, cum ingenti exercitu praecipue vero Hispanorum Groningam ¹⁶⁹ aduenit, seque ibi Vitello coniungit, tanto zelo in hostem suum delatus, ut ne momento quidem temporis in urbe morari militibus licuerit, ut vel delassata ab itinere membra paulisper reficere, vel etiam sitim restinguere possent. Nam inter eundem e manibus /30/ suis, galeis, vel alijs vasis, quae in ipsis plateis ubique parata erant, bibere cogebantur.

Erant autem in hoc exercitu magni nominis belli duces et praefecti, legatus <65> scilicet regis Hispaniarum Ferdinandus de Toledo dux Albanus Marchio Coriae, Zanches de Auila, Metro,¹⁷⁰ Iulianus Romerus, Zanches de Lodoigno, Caesar Gonzaga, Alphonsus de Uloa, Consaluus Bracamont, Ericus dux Brunsuicensis, Carolus comes Meganus, atque Obersteinius, et cum hisce qui iam antea Groningam venerant: Chapianus Vitellus, Curtius Martinengus, et Casparus de Robles, dominus a Bely¹⁷¹.

¹⁶⁹ Geschrap: *etiam*

¹⁷⁰ Zie de noot bij de vertaling.

¹⁷¹ Feith: *Billy*

Hisce visis, Nassouius castra incendit ac pontem sublicium apud quem tentoria fixerat, medium discindit. Et quum nonnihil cum¹⁷² Hispanis, qui¹⁷³ aciem utrinque sed eminus infestabant, dimicatum esset, soluta obsidione¹⁷⁴ per Veterem Provinciam continuo itinere in Phrisiam Orientalem contendit, atque ibi ad ripam Amazi fluminis in vico quodam, Iemmingam <66> incolae vocant, subsistit. Albanus itaque, misso prius Delffzylum iam pridem a Nassouio derelictum praesidio, haud magna temporis intercapedine cum exercitu suo eum quoque subsequitur; ac paucos intra dies, confectis ferme ac delassatis itinere militibus propter lutosam ac lubricam¹⁷⁵ ¹⁷⁶ viam, Iemmingam aegre aduenit, instructamque Nassouij aciem extemplo et sine ulla cunctatione adoritur. Atque equidem succubisset ibi cum omnibus suis, tum propter causas quas modo retulimus, tum etiam quod Nassouiani iamdudum recreati, tutissimo ad pugnandum loco inhaerent. Sed proditione foedissima deceptus Comes per intimum suum consiliarium summumque¹⁷⁷ Locumtenentem Henricum a Zeigen, fortuna sese /31/ ad Albanum inclinavit, et is¹⁷⁸ sine ulla molestia atque difficultate victoria potitur. Ipsemet Nassouius strenui ducis munere functus, <67> tormenta omnia sua ipsius manu in hostile agmen laxasse dicitur, atque ex eo non paucos prostravit. Ad eundem modum et ipsi nobiles, praefectique cohortium atque centuriones a duce et capite suo exemplum sumentes, egregiam in pugnando operam navabant, ac soli propemodum Hispanorum vires retardabant. Gregarij vero milites stationem suam foedissime deserentes a proditore corrupti ac persuasi, ipsimet non minus foeda quam misera morte interiire. Nam maxima pars aut gladio cecidit, aut in praeterlabente flumine Amazi submersa est. Nassouius tandem scaphula piscatoria eaque rimosa vix aegre flumen traiecit Petcumque peruenit. Ubi, a nobili quadam vidua hospitio receptus et vestitus, e tanto discrimine incolumis euasit. Schouwenbergius etiam ex hoc proelio fuga elapsus vitae suae consuluit: Hochstratanus vero ante biduum <68> e castris

¹⁷² Geschrap: - cum -

¹⁷³ Geschrap: eius

¹⁷⁴ Geschrap: recta

¹⁷⁵ Oorspronkelijk *lubrifactam* werd gewijzigd in *lubricam*

¹⁷⁶ Geschrap: a(?) *Nassovianis*

¹⁷⁷ Geschrap: *consiliarium*

¹⁷⁸ Toegevoegd boven de regel.

profectus, praelio non interfuerat. Sic plane ut alioqui¹⁷⁹ ex ijs qui alacriores fuissent in pugnando, pauciores interierint.

Albanus hoc loco machinas bellicas omnes Nassouij, et eas simul quas ille ab Arenbergio Winschotae coeperat, recuperavit, opimo insuper spolio ditatus. Contigit hoc praelium vigesimo primo die Iulij, apud Iemmingam in agro Reydano, non ita procul ab Embda Orientalis Phrisiae celeberrimo emporio. Ac proditor Albani fidem secutus postea etiam ab eo dignam tali facinore mercedem accepisse dicitur. Et recte quidem, *licet enim officium proditores quod praestant pro tempore gratum sit, ipsi tamen apud omnes exosi semper habentur*: apud summos Imperatores summo supplicio mercedis loco remunerati.

Commisso finitoque praelio antequam pedem <69> inde referrent Hispani, ¹⁸⁰ barbaricae crudelitatis et innatae libidinis suae vestigia ut ibi quoque post se relinquerent, in rusticos eius loci miserrime saeuitum est: quippe totas aedes /32/ omnis generis, sexus, aetatisque hominibus repletas clausasque incendio perdiderunt. Uxores incolarum, matronas simul et virgines per vim

¹⁷⁹ Toegevoegd boven de regel.

¹⁸⁰ Geschrap: *suae*

stuprarunt. Multos fortunis suis omnibus et opibus spoliarunt, iumenta et pecudes gregatim abigentes. Atque ita saeuendo Groningam usque progressum est, et in propria quodammodo viscera saeuire non destiterunt, nam proprijs etiam, hoc est regijs subditis per Veterem Prouinciam non pepercere, sed et omnia iumenta et pecora illorum similiter inde abduxerunt, ac veluti in hostili agro versantes innumeras aedes imo totos pagos, igne combusserunt. Adeo quidem ut illos quamuis amicos atque socios, et tales qui ab eiusdem <70> regis imperio simul dependerent, tanquam iuratos hostes vitare et ab eorum conspectu aufugere necessitate coacti sint.

Albanus e¹⁸¹ victore grassator populatorque intra urbem reuersus spiritum saeuitiae necdum deposuit: ciuibus enim arma adimit, iuuenem quendam, quasi conpirationem cum hoste fecisset, capite plectit. Conventuque habito, palam effatur Joanne de Mepsche interprete, urbem ipsam cum circumiacente agro utpote gladio reductam, merito omnibus iuribus suis, immunitatibus atque priuilegijs cecidisse, sed ijs omissis saltem in urbe Episcopum illis constituere, atque arcem extruere velle, ut hac ratione et Episcopi et Gubernatorum in posterum mandatis obtemperarent: omnia equidem contra Caroli Quinti imperatoris et eiusdem filij Philippi regis Hispaniarum pacta et promissa.

Primum itaque ab urbe Groningana <71> orientem versus in ostio Amazi situm Delffzylum intolerabilibus sumptibus eius provinciae communit. Nec multo post etiam iam dictus Episcopus, quidam scilicet Ioannes Cniphius ordinis Augustiniani monachus in scenam prodijt cum decretis suis Tridentinis et Inquisitionis Hispanicae terribili flagello, neque vno coenobio satiatus confestim duo occupauit, eiectisque monachis bona omnia in suum usum /33/ conuertit. Porro etiam totam ecclesiasticam iurisdictionem eius ditionis ad suam curiam traduxit.

His ita confectis perpetratisque, Albanus per literas in Brabantiam reuocatur contra Auraicum, qui ibi ingentes copias coegerat. Postbaec in Phrisia ingens grassari pestis coepit,

¹⁸¹ Feith: *a*

quae innumeros homines, imo totas familias, contagione sua breuissimo temporis spatio absumpsit. Caeterum hoc priore malo multo tolerabilius. <72>

1569 Anno sequenti millesimo quingentesimo sexagesimo nono ad sex signa Gallorum sub Casparo de Robles Hispano militancia intra moenia Groningana recipiuntur, dimissis Germanis quos ibi praesidij causa iam antea collocatos diximus. Sed hi multo acerbius quam unquam Germani in oppidanos desaeuere, atque hoc non tantum in exigendis hospitij alijsque seruitiorum generibus, sed publicis etiam per singulas septimanas exactionibus. Quid? quod eadem humanitatis ratione Robles vniuersae ciuitati vno tempore ad sexaginta aureorum millia imperarit, magistratusque eligendi ius ciuibus penitus ademerit, inexplebilemque libidinem suam pro lubitu explere eos coegerit.

Hanc saeuissimam tempestatem secutus est terribile fulmen Tridentini concilij Carolus Quarre Regiae Maiestatis in Brabantia consiliarius. <73> Hic enim in Phrisiam delatus contra omnia priuilegia, contra iura provinciae, et denique Caesariae atque Regiae Maiestatis aliorumque principum indulta promissaque in miseros homines pro lubitu inquirere, subornatis testibus quoslibet non solum fama et honore, sed etiam bonis atque ¹⁸² vita spoliare incoepit. Operarios ab ipso magistratu iam pridem ad purganda templa destinatos cum alijs ciuibus, omnium ut puto iudicio innocentes, in carceres coniecit; tormentorum cruciatu ad ea quae nunquam cogitassent fatenda coegit, tanta equidem violentia, ut inguina miserabilium hominum in terram deciderint. Alios praeterea gladio, alios laqueo vita spoliauit, ac tanta saeuitia exarsit, ut multi relictis /34/ bonis atque fortunis omnibus et tota familia voluntarium discesserint exilium, quoad iustus Deus in-<74>iustitiae omnis vindex eorum misertus huic tyrannidi semel finem imposuerit.

Hac tam beluina saeuiendi libidine nondum satiat, quo diutius eo ardentius in omnium bona atque sanguinem inquirendo luxuriauit, et quoscumque ¹⁸³ vel iussu magistratus, vel terrore supplicij ineuitabilis, vel ¹⁸⁴ alia quauis de causa absentes ceu palam criminis convictos, fugitiuos ac desertores declarauit. Erant hi tum ex urbe, tum ex agro Groningensi numero circiter ducenti, omnes¹⁸⁵ non

¹⁸² Geschrap: -

¹⁸³ Geschrap: -

¹⁸⁴ Geschrap: *etiam*

¹⁸⁵ Geschrap: *h en i in oorspronkelijk homines*

minus nobiles senatorij et patricij quam plebei ordinis homines, probitatis vero et purae religionis zelo ardentis.

Vigesimo sexto Aprilis commissarius Quarre absentes publico proclamate¹⁸⁶ coram Albano eiusve commissarijs Bruxellas euocavit, trium hebdomadam termino, intra quem comparerent, illis praefixo. Interea quoque a proscriptione <75>ne bonorum non abstinuit, sed et coniugum et liberorum propria atque haereditaria bona fisco adiudicavit, ipsis creditoribus suo iure defraudatis. Quod cum ad aures eorum peruenisset, missis ad Senatum literis indicant¹⁸⁷ eiusmodi citationem cum priuilegijs et iuribus ciuitatis Groninganae, quae non permittant aliquem extra provinciam evocari, ex diametro pugnare; submitte orantes, ut communicato cum commissario Quarre consilio, causa coram Senatu (competente scilicet magistratu suo) expediatur, sin minus ut terminus comparitionis nonnihil prorogetur. Adhaec necessitate coacti coram Notario et testibus de nullitate citationis, evocationis, et bonorum conscriptionis publice protestantur, impetratisque apostolis ad ipsum regem patria lingua conscriptam supplicationem emittunt, qua de grauamine citationis evocationisque valde conqueruntur. Quandoquidem vero ea lingua in aula <76> nulla scripta reciperentur, tabellarius infecta re domum redijt. /35/

Interiecto tempore praedicti absentes publico proclamate¹⁸⁸ et grauissima poena iterum coram Albano in Brabantiam evocantur. Euocati iterum uti supra Senatui rescribunt, et de nullitate citationis, euocationis, bonorumque proscriptionis expresse protestantur. Porro quod supplicatio superior Gallici ideomatis¹⁸⁹ defectu recepta non esset, eo iam nouam instruente per delectum procuratorem nuper acceptam tabellarij repulsam demonstrant, ac priuilegia sua cum exceptione declinatoria proponunt. Responsum fuit in hunc modum breuissime: *comparentibus fiet iustitia, et les absens ne seront receuz.*

¹⁸⁶ In het handschrift is *proclamate* doorgehaald, en werd daarboven in een andere hand: *praeconio* geschreven. Feith nam dit laatste over.

¹⁸⁷ Geschrapt: *expresse*

¹⁸⁸ Feith schrijft in een voetnoot per vergissing: ‘Boven *proclamate* staat *praeconio*’. Dit is in werkelijkheid het geval in de eerste zin van de vorige alinea (zie de voorlaatste voetnoot hierboven).

¹⁸⁹ Feith: *ideomatis*; echter ook *ideoma* komt sporadisch in latere Latijnse teksten voor. Zie voor de variatie in spelling Deel I, Hfdst. V, 3.

Quando vero duobus modis in iure compareamus, vel in propria persona, vel per constitutos procuratores, misso a citatis procuratore et iuri et volunta-<77>ti commissariorum factum satis existimabant. Sed eccum, praeter omnium opinionem tertia ea atque noua emanauit citatio, qua constituto tempore in persona propria omnes comparere iubentur. Ad quam elidendam (quia prioris haec erat repetitio) citati nihil aliud egere, quam quod priores etiam protestationes appellationesque repetierint. Caeterum nouam Gallico idiomate supplicationem per procuratorem superaddentes, ad magistratum suum atque ordinarium iudicem remitti postulant.

Ex agro vero profugi, quia prima citatione neque comparere neque causae suae patronum inuenire possent, iam tandem iterato citati vna cum oppidanis adiuncto procuratorio¹⁹⁰ supplicationem Bruxellas transmittunt, qua exceptionem declinatoriam similiter coram Commissarijs ¹⁹¹ regijs proponunt. Caeterum Pro-<78>curator post multas et varias sollicitationes atque supplicationes nullum accipiens responsum, spe sua delusus et rebus plane infectis, in patriam reuertit.

1570 Omnibus hisce exceptionibus, protestationibus, appella-/36/tionibus, supplicationibusque, quibus ad suam tuendam innocentiam usi sunt, nihil vel apud Senatum, vel Albanum, vel regem operantibus, anno 1570 Spiraе Nemetum in publicis comitijs exules iam dicti Caesariae Maiestati, electoribus, principibusque per Cornelium Rhetium libellum supplicem exhibent, qua ceu indubitata S. Romani Imperij membra, aduersus intolerabilem illam Hispanorum saeuiendi inquirendique libidinem et tyrannidem, opem et auxilium implorant.

Interea Albanus non solum in ecclesiasticis sed et in politicis rebus <79> tyrannidis suae atque incoepae dominationis fundamenta in dies magis magisque

¹⁹⁰ Feith: *procuratore*

¹⁹¹ Geschrap: *Albae*

stabilire tentavit. Ecclesijs scilicet novos Episcopos, Rebuspublicis vero alios magistratus praefecit; urbes denique¹⁹² nonnullas extractis arcibus atque castellis sibi subiecit subiugavitque. Et quia *pecunia neruus belli existit*,¹⁹³ a Groninganis (quemadmodum postea ab alijs quoque) primo¹⁹⁴ centesimum, mox vigesimum et tandem etiam decimum nummum exegit; ita se quidem, ut potentior contra alios euaderet, eo invento ditare, subditos¹⁹⁵ autem quo melius suppressere posset, opibus suis atque fortunis spoliare desyderavit.

Ad eum modum mense Iulio contra Caesareae et Regiae maiestatis aliorumque principum antecessorum priuilegia inducta atque pacta conventa Casparus de Robles nomine regis Hispaniarum Groningae etiam¹⁹⁶ validissimum iubet ex-<80>trui castellum, in formam celeberrimae arcis Antuerpianae quam artificiosissime elaboratum, ad compescendam vero urbem egregie accommodatum, idque cum magna suburbij destructione et aedium ruina.

Ad eundem modum eiusdem regis nomine Leouerdiae etiam, quemadmodum nuper Groningae, fundata est sedes episcopalis, Cunero Petro antistite designato. Sed utraque diuturna non fuit, neque secundum successorem agnouit. Idem etiam de nouis magistratibus, de ipsis decimis, et extractis arcibus dicendum. Et ut summatim dicam, ea /37/ omnia sicuti potentiae eius¹⁹⁷ atque dominationis confirmandae causa inventa fuere, ita amittendi imperij initium causamque praebuerunt, *Deo hominum consilia in contrarios fines pro suo arbitrio dirigente*.¹⁹⁸

Eodem anno, ne scilicet tenera aetas exterorum conuersatione nouis opinion-<81>bus fidei inficiaretur¹⁹⁹, edicto regis grauissime mandatur, ut parentes vel tutores liberos pupillosque suos, quotquot vel liberalium artium, vel mechanicarum studio,

¹⁹² Toegevoegd boven de regel.

¹⁹³ Phebens' woorden gaan terug op Cicero's uitspraak dat geld de zenuw is van de oorlog (*In M. Antonium orationes Philippicae* 5,5). Deze uitdrukking komt ook voor op pagina <360> en <367>.

¹⁹⁴ Slotletters -um gewijzigd in -o

¹⁹⁵ Geschrapt: -

¹⁹⁶ Toegevoegd boven de regel.

¹⁹⁷ Geschrapt: *atque imperij causa incepta fuere, ita perdundi*

¹⁹⁸ Deze tekst is een variatie op *Spreuken* 16: 9.

¹⁹⁹ Feith: *inficeretur*; *inficiaretur* = *infitiaretur* (zie voor de variatie in spelling Deel I, Hfdst. V, 3 (vervanging van -t- door -c-). Zie voor het bijzondere gebruik van *inficiaretur* (= *infitiaretur*) met de dativus (*fidei*): Deel I, Hfdst. IV, 1 (s.v. *fidei inficiaretur*). Zie voor verdere uitleg de voetnoot bij de vertaling.

vel qualibet alia de causa extra regias ditiones commorarentur, intra certum tempus in patriam reuocarent. Ab Episcopis etiam iniungitur ludimagistris, ut statutis temporibus discipulos suos curarent sacerdoti peccata sua confiteri, missas audire, et similia munera diligenter obire. Adhaec ubique ad valuas templorum affixi sunt cathalogi librorum prohibitorum, quos scilicet reformatae iam pridem religionis scriptores hoc tempore in lucem edidere: ne scilicet eos aliquis sibi compararet, aut ullo modo habere liceret. Adeo tum temporis tuendae asserendaeque catholicae Romanae religionis iam ferme collabescentis studio atque zelo decertabatur.

Ipsis calendis nouembris, die omnium sanctorum sicut vocant, incidit maximum in Phrisia diluuium, quale scilicet a multis retro saeculis, neque visum, <82> neque auditum a quoquam fuit, quippe quod totam regionis planiciem etiam eminentiorem aquis ex ipso Oceano longe lateque prorumpentibus inundarit. In hoc diluuiio innumerae pecudes et iumenta suffocata interiire, homines etiam²⁰⁰ non pauci. Adhaec multae aedes fluctibus dissipatae sunt, arbores e terrae visceribus eiectae et conquassatae, molendina prorsus euersa, naues partim in asseres resolutae, partim amissis²⁰¹ anchoris, quo eas ventus et densissimae impellebant procellae, ferebantur. Miserum erat videntibus spectaculum, nam tantus erat vndique virorum clamor, tantus foeminarum puerorumque fletus, infantium vagitus, brutorum animantium boatus reboatusque, ut vel saxea et adaman-/38/tina corda commouisset. In medijs fluctibus, non longo ab urbe Groningana locorum interuallo, tota domus flammis consumi cernebatur: miseri homines ex duobus tantis malis, vel turbulentas aquas, vel voraces flammis, in quibus <83> vitam omnibus rebus dulciorem amitterent, eligere cogebantur, nec erat in tanto discrimine qui laborantibus succurrere posset, aut opem ferre. In multis vicissim praesentem Dei omnipotentis opem videre erat: nam multi homines tum viri tum foeminae frustis lignorum, tabulis, trabibus, tectis aedium, aliisque rebus inhaerentes hac tempestate incolumes euaserunt. In Veteri Prouincia prope pagum Beertensem vir quidam conquassato iam a fluctibus tuguriolo suo, uxore primum et aliquot liberis orbatus, se vix aegre cum infantulo super tectum recepit,

²⁰⁰ Feith: *et*

²⁰¹ Feith: *omissis*

atque ita per vastissimos Dullarthi aestus in Phrisiae orientalis pagum Vuimehram nomine delatus, auxilio diuino incolumis vitam seruauit. Quin prope urbem Groninganam infantulus cunis inhaerens aestuantibus fluctibus atque ventis ad terram actus reperitur, et ad ignem refocillatur: *Ubi enim Deus protector est, ibi nullum potest obesse periculum*, <84> quod in tam tenello infantulo eo illustrius apparet. Sed longum esset diuinae prouidentiae exempla, quae hoc tempore abunde undique apparuere, omnia enarrare. Quos etiam homines e praesenti periculo eripere potuere, id ne omitterent, egregie operam dabant.²⁰²

Inter caeteros vero unius, de quo iam antea diximus, Caspari de Robles summis laudibus extollenda est industria; tantus enim in eo erat ardor iuuandi miseros homines in hac tempestatis rabie, ut nullam omiserit occasionem benefaciendi opitulandique. Nautas sub poena capitis, periclitantibus ut subuenirent, cum nauibus suis suburbio expulit; et quoscunque illi intra urbem adueherent, partim in proprijs aedibus, partim inter capitaneos distributos, ad ignem recreauit, partim etiam nouo amictu vestitos dimisit. Huius facti se quoque innumeri ciues aemulatores /39/ praebuerunt, et omnes eius sortis atque conditionis homines summa <85> benignitate et liberalitate prosecuti sunt. Sic Deus miseram Phrisiam non solum tam graui mole belli, sed etiam peste, annonae caritate, et horribilibus aquarum inundationibus durissime afflixit; sed haec omnia paterno affectu, iustitiae suae plane oblitus, alias longe peiora peccatorum mole sibi promerita.²⁰³

²⁰² Phebens zet de gedachte in het eerste deel van de zin niet grammaticaal correct door in het tweede deel. Deze anakoloet geven we in de vertaling weer met een gedachtestreepje. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

²⁰³ Deze zin behoeft geen wijziging, zoals Feith voorstelde in een voetnoot ('Deze zin is bedorven. Waarschijnlijk moet hij dus hersteld worden: achter *oblitus*, hetwelk tot *Deus* behoort, plaatse men een punt, en leze dan verder: *Alia, longe peiora, peccatorum mole Phrisia erat promerita*').

De vervanging van *alias* door *alia* en de toevoeging van *Phrisia erat* zijn onnodig: Phebens noemt aan het begin van de zin *Phrisiam* zó nadrukkelijk dat het woord *Phrisia* aan het slot als het ware vanzelf voor de geest komt. Ook *erat* kan gemakkelijk in gedachte worden aangevuld bij *promerita*. En *alias* is zeker op zijn plaats na wat Phebens eerder over Gods gerechtigheid had gezegd.

1571 Diximus antea, quomodo²⁰⁴ Albanus eiusque praefecti multas urbes arcibus atque castellis ibi extractis confirmavit²⁰⁵, quibus tutandis, cum praeter caeteras copias multa ubique praesidia sustentare cogeretur, iisque fere animam, ut aiunt, deberet,²⁰⁶ infausto consilio ad immanes inauditasque exactiones animum convertit, a singulis scilicet hominibus bonorum suorum centesimas, et tandem etiam decimas, exigendo. Quae res postea publicata multarum commotionum et insignium mutationum causa atque origo fuit. Atque ita re ipsa verissimum esse compertum <86> est quod vulgo dici²⁰⁷ solet, *clementia et aequitate regna conseruari, saeuitia atque iniquitate amitti solere*. Numerabatur tum a nato Salvatore, qui nos suo sanguine redemit, annus millesimus quingentesimus septuagesimus primus.

1572 Anno sesquimillesimo septuagesimo secundo mense februario Albanus decimas iam publice exegit, pecunia abs rege²⁰⁸ transmissa in Anglia arrestata. Eo igitur anno et sequentibus multas ciuitates Hollandiae et Zelandiae excusso iugo Hispanico sese confoederatis et Auraicae principi uniuerse, multis etiam ea occasione oblata tum a Ludouico comite Nassouiae, tum a comite Marchiae vel vi, vel astu, vel alio quocunque modo in deditionem plectis.

Adhaec comes etiam Montensis, Auraici principis affinis /40/ in ipsum comitatum Zutphaniensem aduenit cum exercitu bellatorum mediocriter instructus, et urbem primariam, unde no-<87>men comitatus habet, nec non et Dotecum, Doesbergamque ac Transissulaniae urbes aliquot, Campas scilicet Zuollamque et postea etiam Stenuicum atque Hasseletum in deditionem acceptas caeteris adiecit. Porro et ipse Auraicus foeliciter multa agebat, multasque urbes per Brabantiam, et alibi superauit. Summatim dicam, uti clauus clauum et unda undam trudit,²⁰⁹ ita hoc tempore vna victoria urgebat alteram.

²⁰⁴ Feith: *quando*

²⁰⁵ Feith: *confirmavit*

²⁰⁶ Vgl. Terentius, Phormio 661, *quid si debet animam*. Erasmus legde uit dat deze van oorsprong Griekse uitdrukking slaat op mensen die zo diep in de schulden zaten dat hun hele persoon en bestaan in de macht van hun schuldeisers kwam (Erasmus, *Adagia*, 924 = I.10.24 (*animam debet*)).

²⁰⁷ Oorpronkelijk *dicitur*, maar *-tur* geschrapd.

²⁰⁸ Geschrapd: *in Angl*

²⁰⁹ De uitdrukking komt voor het eerst voor bij: Isidorus van Sevilla, *Sententiae* 2,39: *Sicut enim clauus clauum expellit, ita saepe recordatio ardoris gehennae ardorem excludit luxuriae*.

His ita gestis alius in Phrisiam Occidentalem impetus fit, nobilium scilicet quorundam qui in exilio degebant, quibus postea etiam Iudocus comes Schounbergius accessit. Hi primum a Schneca, Bolssuerda et Franekera ciuitatibus excipiuntur, ac non multo post magno militum atque agricolarum numero egressi, e Doccumena etiam urbe praesidia Gallica, quae ibi collocata erant, <88> expellunt. Sed eos Casparus de Robles, a vicinis ²¹⁰ accitus, 16 Septemb. inde rursus deturbat, atque urbe potitus, eam penitus comburit. Et ubi maximam partem hostium inutili turba hominum, qui armis assueti non erant, constare animaduertit, prope Staueram ubi arcem eius loci obsidebant, in eos secundo impressionem facit, et arce liberata urbem quoque incendit. Quum autem ditissima onustus praeda²¹¹ recederet, interim a Schneca, Bolssuerda et Franekera collecti milites praedaeque inhiantes eum vicissim aggrediuntur, cumque nonnihil ²¹² cum²¹³ illo dimicatum esset, sauciato militum urbanorum duce et ex equo dilapso, tumultuario receptu omnes aufugiunt, et Casparo de Robles victoriam relinquunt.

Lapsu temporis, die nimirum 21 Nouembris, dux Albanus ad urbem Zutphaniam castra facturum ab oppidanis ultro et sine mora intromittitur, quod licet humilitatis et obedientiae <89> erga ipsum certissimum esset signum, ipsis nihilominus male cessit. Nam praeter spem et opinionem /41/ omnium quamplurimos homines statim interemit, alijs scilicet decollatis, alijs strangulatis, alijs turmatim inter sese colligatis et in praeterlabente Issula submersis, foeminis etiam non paucis vitatis et tandem bonis civium inter milites diuisis. Videbat quidem se hac ratione causam suam non facturum meliorem, sed *lupo citius praedandi studium, quam tyrannis saeuendi morem ademeris*.

Haec res et Albani plusquam tyrannica violentia crudelitasque tum in hac tum in alijs quoque deuictis urbibus commissa, ingentem omnibus hominibus terrorem (certe nullum amorem) incussit; qui veluti saeuissima procella per terram longe lateque diffusa, neque celsorum montium crepidinibus, neque profundissimorum fluminum voraginibus impedita, <90> munitissima etiam propugnacula et inuicta ciuitatum moenia transcendit: adeo ut Montensis, de cuius successu et fortuna modo diximus, oppida omnia iam recens subacta extemplo rursus deseruerit, multae etiam ciuitates ad Hispanicae gubernationis iugum ultro redierint. Schounbergius etiam, ubi hoc suboleret, e Phrisia clam elabatur,

²¹⁰ Geschrap: *oppidis*

²¹¹ Toegevoegd boven de regel.

²¹² Geschrap: *inter*

²¹³ Toegevoegd boven de regel.

et omnia oppida, quotquot ei adhaeserant, similiter ad Hispanicas²¹⁴ regis partes reuertuntur; quae Casparus de Robles in fidem suam atque tutelam recepit, traditis sibi prius eius mali authoribus. Sed hosce violentos Albani successus (*qui raro diuturni esse solent*) Deus contrario remedio in ipso quasi victoriarum cursu (ut postea dicitur) plane amputauit, subditorum animis pro libertate sua tuenda in dies magis magisque inter se conglutinatis, atque a tyrannide Hispanorum abalienatis.

Erat iam tum totius Phrisiae, Occidentalium scilicet et Groningensium, <91> unus idemque et religionis et politicae status. Utamque igitur ditionem ille²¹⁵ pro virili abs hostium suorum²¹⁶ incursionibus, quae tum temporis circa litora maris frequentissimae erant, []²¹⁷ semper defendit. Et quia *in celeritate magnum momentum positum* esse videret, nunquam commisit ut sese ibi vel per diem vnam communirent. /42/ Ita Oestmerhornam a Bartholdo Entens communitam emissio milite statim recuperauit. Capitaneum Speringium per Monthiouium et Gantouium praefectos in insula quadam maris superatum trucidauit, socijs captis, atque in modum triumphi Groningae publice circumductis, caesorum capita per humeros suos gestantibus, et postea gregatim in ipso foro decollatis. Pyratibus supra modum infestus, innumeros alios supplicio mortis adfecit, capitibus eorum patibulo affixis. Praeterea in gratiam atque utilitatem regis multa alia patrauit, adeo ut eiusmodi diligen-<92>tia, solertia, vigilantiaque apud Albanum eiusque complices charus breui post tempore²¹⁸ totius Phrisiae, Transissulaniae, Ligniae, Drentiaeque factus sit gubernator.

Hoc anno noua et inusitata stella apparuit, quae aliquot menses conspecta est, non sine omnium hominum ingenti admiratione et terrore, postea rursus euanuit.

²¹⁴ -cas boven de regel toegevoegd.

²¹⁵ Met *ille* verwijst Phebens naar de in de vorige paragraaf genoemde Caspar de Robles.

²¹⁶ *suorum*: ontbreekt bij Feith.

²¹⁷ Feith; handschrift: *pro virili*. Phebens vergist zich hier: hij had deze uitdrukking enkele woorden terug al gebruikt.

²¹⁸ Geschrap: *P*

Circiter festum Catherinae eodem hoc anno omnis ager noua inundatione cooperitur, quae propter vim glaciei admodum pernitiōsa fuit, nam praeter alia quam maxima damna totas aedes ²¹⁹ acie sua dissecuit dissipauitque. Prope Dullarthum lacum in paroecia Miduoldana foemina per aliquot dies omni humano destituta auxilio ad umbilicum usque in glacie detenta et circumacta, neque securibus alijsue instrumentis eripi ex ea potuit, sed soluto tandem gelu, ²²⁰ solo diuino auxilio, e praesenti periculo liberatur, et postea ad annos permultos incolumis <93> vitam peregit. *Sic Deus qui hominem ex nihilo creauit, eundem et seruare et e mille periculis eximere potest.*

1573 Anno sequenti 1573 idem mare ventorum vi intumefactum per totam agri planiciem rursus excurrit et tempore veris germinantem terram misere sua salsedine debilitauit. Neque hoc satis, sed et circiter²²¹ festum Mariae eadem hac aestate, supra aggerum fastigia erumpens, homines et /43/ pecora multa necauit, nec non et alia in frumenta foenumque damna dedit.

Diximus iam antea de rerum mutatione et Hollandiae Zelandiaeque a rege defectione. Ea re hoc anno ad regem in Hispanias delata, et quomodo²²² Albanus saeuitia et tyrannide sua ac decimarum exactione omnia in tam turbulentum statum deduxisset, ut nulla propemodum spes victoriae contra hostes ²²³ expectanda esset amplius, rex deliberatione habita loco eius in Belgium <94> mittit ducem de Medina Coeli, qui statim ex Hispanijs in Brabantiam adueniens, cum multo maiores commotiones atque difficultates, quam arbitratus fuerat, ibi inuenisset, eam prouinciam in praesenti recusauit. Atque ita eius in locum mittitur Ludouicus Requesenius, magnus commendator Castiliae, qui anno praedicto die Nouembris 17 Bruxellas aduenit, et postea decimo ²²⁴ Decembris Albanus relicto Belgio, quod bellis atque tumultibus plane conturbauerat, proficiscitur in Hispaniam.

1574 Profecto ad hunc modum e Belgio duce Albano, ac ²²⁵ multa gliscentis

²¹⁹ Geschrap: *sua*

²²⁰ Geschrap: *ap*

²²¹ *Circa* veranderd in: *circi*; *-ter*: toegevoegd boven de regel;

²²² Phebens laat de bijzin die volgt afhangen van een begrip als ‘berichten’ dat in gedachte is te ontleen aan de voorgaande ablativus absolutus *Ea re ... delata*. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

²²³ Geschrap: *eius*

²²⁴ Geschrap: *ad*

²²⁵ Het begin van deze zin heeft grammaticaal gezien een onsamenhangend patroon (anakoloet): na een bijzin in de vorm van een ablativus absolutus (*Profecto ... Albano*) volgt, verbonden door *ac*, een bijzin met *reliquisset*. Beide bijzinnen hebben, zo blijkt uit de verdere zin, een temporeel karakter, maar de tweede bijzin met de coniunctivus *reliquisset* ontbeert een temporeel voegwoord en hangt daardoor grammaticaal in het luchtledige. Feith voegde daarom na *ac* het woordje *cum* (‘toen’) toe. Phebens lijkt dit voegwoord echter niet nodig te hebben gevonden: het laat zich gemakkelijk aanvullen vanuit de gedachte in de eerste bijzin. Phebens doet iets vergelijkbaars in <183> (*Cedentibus ...*) en in <296> (*Atque hoc modo ...*). Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

adhuc belli onera et difficultates nouo huic Gubernatori reliquisset, ille omnium odia in regios concitata videns, adhaec subditorum animas indies magis atque magis alienari, ne tandem tota gubernatione sua excideret, meliore via ac modo vacillantem nutantemque populum ad obedientiam reuocaturus, eius voluntate denunciatur omnibus <95> exulibus offensarum omnium plenaria indulgentia remissioque, ut nimirum omnes quotquot se Romanae Ecclesiae et regi suo reconciliarent, restitutis ijsdem bonis a Fisco occupatis, in patriam possessionemque suam tanquam iure postliminij libere reuerterentur. Haec itaque regia indulgentia, quemadmodum in omnibus provincijs ac locis eiusdem regis imperio adhuc subiectis, ita etiam Groningae, Leouerdiae, atque in tota Phrsia magna /44/ festiuitate et solemnitate publicantur²²⁶. Hoc scilicet modo futurum ratus, illud *quod Albani austeritate et saeuitia amissum erat, se lenitate et indulgentia recuperaturum*. In contumaces vero et refractarios acerrime ²²⁷ belligerando, *autoritatem suam*²²⁸, *qua non minus quam benignitate imperia consistunt*, non omisit.

- 1575 Requesenio similiter aduersam undique fortunam experiunte, dum ex voto ei non succederet militia, pacifi-<96>catione rem tentare proponit, hoccine modo Hollandiam, Zelandiamque ad obedientiam reuocare posset, tentaturus. Cum ita elapso anno ipse Auriacus²²⁹ et confoederati Status praedictarum provinciarum pacis causa scriptam supplicationem ad regem perferri curassent, ille hoc apud regem agit, ut eius rei nomine certus locus, ubi commode conuenire possent, designaretur. Datis itaque acceptisque inter se obsidibus, postea

²²⁶ Feith: *publicatur*

²²⁷ Geschrap: *debellando*

²²⁸ Toegevoegd boven de regel.

²²⁹ Zie voor deze spellingsvorm van *Auriacus* in plaats van *Auraicus*: Deel I, Hfdst. V, 3.

Bredae, quae ciuitas est in Brabantia principis Auraici propria et haereditaria, utrinque conueniunt, ²³⁰tentataque magna sedulitate reconciliatione, dum illi qui erant²³¹ a partibus foederatorum legati sese grauari viderent, nihil efficitur. Atque ita noua iterum mutationum ac defectionum iacta sunt semina, quae anno sequenti sortita²³² sunt effectum.

1576 Cum enim praecedentibus annis Hollandia et Zelandia Hispanorum gubernatione sese abdicassent, mortuo Reque-<97>senio, propter eandem Hispanorum saeuitiam ac crudelitatem, omnes fere Prouinciae reliquae, relicto imperio Hispanico, percussoque cum principe Auraico nec non et Hollandis Zelandisque foedere ac pace, unanimiter externum et Hispanum militem Belgij limitibus expellere ²³³ animum intendunt. Factum hoc est Gandau, primaria Flandriae urbe, anno salutis humanae 1576 die Nouembris octauo.

Inter multas ac varias eas, uti diximus, rerum mutationes eiusdem mensis die vigesimo quinto, in festo uti vocant S. Catherinae, idem re ipsa tentarunt praesidia Gallica, quae Groningae initio motuum collocata erant. Quod hac /45/ contigit occasione: Casparus de Robles Phrisiae gubernator militum praefectus, quum tantas videret in omnibus prouincijs contingere mutationes, ut suam sibi commissam gubernationem inuiolatam regi conseruaret, Leouerdiae pri-<98>mum, deinde etiam Groningae a Senatu nouum fidelitatis iuramentum exigere proposuit, hac ratione futurum sperans, ne et haec prouincia aliarum secuta exemplum a regia fide deficere posset. Quod senatui Groningano imprimis fuit molestum. Nam quomodocunque etiam rem expenderent, ingens periculum prae foribus erat²³⁴ et reuera lupum auribus tenebant. Si enim a caeteris se segregarent prouincijs, soli illarum vim et potentiam sustinere nullo modo possent, sin gubernatori fidelitatem eo modo praestare detrectarent, praesidiarijs militibus, utpote armatis, inermes praedae essent futuri. In hac difficultate et inter duos quasi scopulos periculosissimos circumacti, ne quid temere in re tam ardua committerent, vitandoque Charibdim in Scyllam inciderent, a Casparo de Robles tridui petunt atque etiam impetrant deliberationem. Interea temporis (deo sic volente) apud

²³⁰ Geschrap: *t•t*

²³¹ Toegevoegd boven de regel.

²³² *-ti-* Toegevoegd boven de regel.

²³³ Geschrap: *nitun*

²³⁴ Toegevoegd boven de regel.

milites suos idem attentat. Nam et eos similiter nouo quo-<99>dam iuramento sibi astringere aggreditur, eoque nomine eos partim in Amnicum templum, partim Vualburgae et alibi alios convocauit; atque hac ratione Senatus tantae difficultatis et alioqui ²³⁵ ineuitabilis periculi foelicem exitum invenit, militibus nodum illum resecantibus. Etenim ex hisce quidam sese illi dicto audientes praestarunt, quidam vero et sane maxima pars omnino recusarunt. Elapsisque deinde vix duobus aut tribus diebus, dum consueto more ad educendas vigilias cum tota cohorte sua incederet capitaneus Lezzy²³⁶, ecce in medio foro²³⁷ signo dato, magistri vigiliarum aliorumque praefectorum imperio contempto, scloppetos suos in vicinas Gubernatoris aedes ²³⁸ non solum exonerant²³⁹, sed ipsum etiam iam frustra /46/ omnium stipendiorum solutionem promittentem in vincula deturbant²⁴⁰. Quo facto undique ad arma concurritur, et in ipso foro omnes, <100> opposita acie, quasi iamiam pugnaturi conspiciuntur: alij ²⁴¹ gladios stringere, alij hastas vibrare, nonnulli bombardas in aduersarios collimare. Et sane parum aberat, quin in miseram caedem hic euasisset tumultus, sed ea pars ²⁴² quae gubernatori, uti diximus, fidem iuramento promiserat, utpote numero minor, reliquis²⁴³ commilitonibus suis paulatim assentire coacta est, praefectis interea partim ad aras, partim ad haras, partim ad fumosos caminos aut alia lustra abditosque recessus terrore dilapsis. Tandem adducto in medium, quem ipse Robles vinculis mancipauerat, ²⁴⁴ Francisco Martini Stellae Statuum legato in medio foro, unanimiter omnes sublatis ad coelum manibus, principi Auraico et foederatis Statibus iuramentum praestant, clamantes *Viue le Prince, viue les Estatz*. Et ne capite carerent, praefectos signorum e grege suo novos deligunt, quorum summum, qui reliquis autoritate ac po-<101>testate praecellebat, dixere Electum.

²³⁵ Geschrap: *tam*

²³⁶ Zie voor een verklaring van deze naam de noot bij de vertaling.

²³⁷ Feith: *fori*; in het handschrift is *fori* veranderd in *foro*. Phebens gebruikt dezelfde constructie enkele regels verder: *in medio foro* <100>, maar in <154> kiest hij voor een combinatie met een genitief: *in medio Burtangiae*.

²³⁸ Geschrap: *exonerarunt*

²³⁹ *-ant*, veranderd uit: *-arunt*

²⁴⁰ *-ant*, veranderd uit: *-arunt*

²⁴¹ Geschrap: *nulli*

²⁴² Geschrap: *quae*

²⁴³ Toegevoegd boven de regel.

²⁴⁴ Geschrap: *Francisco Stella*

Sequentibus diebus veteres suos praefectos, qui audito tumultu in varias partes aufugerant, quocunque locorum quaerendo insectantur, inuentosque in carceres detrudunt. Inter caeteros quoque Rysenbroquius, et gener atque vicepraefectus Caspari de Robles suum fatum non effugit, sed eodem cum socero suo hospitio excipitur. Similiter etiam cum Ioanne de Mepsche regio apud Groninganos Locumtenente et doctore Vuestendorpio actum est. Fascum, colonellum siue praefectum Zutphaniensem, ex ea urbe propter similem commotionem extorrem et ad Groninganos profugum, e coenobio cuculla habituque monastico indutum per plateas ipsumque forum raptum vna cum pontificalibus suis summoque ludibrio etiam in vincula deducunt. *Sic nihil tam²⁴⁵ stabile et firmum est in rebus humanis²⁴⁶ <102> quod non mutare variabilis fortuna potest, quae pauperes saepe ex infimo loco ad altissima quaeque euehit, euectosque ad /47/ ima rursus detrudit.* Et quid dicam amplius? Si vera sunt, quae de hoc Casparo de Robles eiusque pessimo in miseros et innocentes ciues proposito tum fama dictabat, quis non plenis buccis laudabit iustum Dei viuentis ac pro suo grege vigilantis iudicium? *Nam qui alterius libertati insidiabatur, ipsemet in seruitutem alteriusque potestatem redigitur, et qui alios quamvis innocentes interimere studebat, sibimetipsi ruinam et interitum accersit.*

Subitaneo hoc, uti diximus, tumultu ciues supra modum consternati erant, nam uti apparebat, in ipsius urbis depraedationem haec omnia et fabricata et incoepta esse videbantur, nec armis, quod ijs iam antea exuti ac nudati omnino erant, se defendere poterant. Sed foelicius²⁴⁷ quam pro opinione <103> sua haec cecidit alea. Mox enim, ne quis ipsis ciuibus vel eorum bonis vim ullam inferat,

²⁴⁵ Toegevoegd boven de regel.

²⁴⁶ Geschrap: *iaci nulla i•stitam(?)*

²⁴⁷ Feith: *felicius*

poena capitis proposita publice proclamatur, praefectorum suorum bonis per modum auctionis sub hasta distractis.

Diximus hucusque quae sub hac rerum mirabili vicissitudine contigere Groningae. Sed hoc nondum satis fuit, nam sine mora eodem die, quo haec incoepa sunt, post solis occasum emittuntur nuncij, primo quidem ad proxima praesidia, Delffzylum scilicet et Dammonem, deinde et in Phrisiam Occidentalem; ac quod factum sit breuiter exponunt, si sibi et suis rebus consultum velint, ad idem facinus eos prouocantes. Qui intellectis rebus unanimiter omnes et ubique locorum sese ad exemplum Groningensium componunt, ac sine ulla mora suos etiam in carceres detrudunt et deinde²⁴⁸ Statibus fidelitatem iuramento solemniter promittunt. <104>

1577 Ea re ad Auraicum ac confoederatos Status prouinciarum delata, gaudijs tripudijsque omnia ubique resonant, et ne capite et rectore destitueretur prouincia, in Phrisiam ablegatur

²⁴⁸ Geschrap: *etiam*

Georgius Lalaignius comes Rennebergensis, ut ibi in locum captiui gubernatoris Caspari de Robles constitutus ²⁴⁹ eius prouinciae susciperet gubernacula. Hic /48/ itaque initio anni 1577 Groningam adueniens sedem Episcopalem primo Groningensium episcopo Ioanni Kniphio destinata et tum adhuc vacantem sibi in domicilium delegit.

Diximus superius de confoederatione quarundam prouinciarum Gandavi inita. Hac inter caetera etiam convenit, ut coniunctis viribus Hispanos omnes²⁵⁰ caeterosque externos milites e Belgij limitibus profligarent. Interea in ditionem Luxemburgensem aduenit Ioannes Austriacus regis Hispaniarum frater naturalis, qui totius Belgij, loco defuncti commendatoris Requesenij susciperet gubernationem. Hic Austriacus, <105> antequam in Brabantiam adueniret, praedictam ibi confoederationem atque pacis condiciones sua etiam autoritate confirmavit. Sed quo animo res ipsa postea declaravit. Nouus igitur gubernator Lalaignius, ut pacis conditioni (quae de restituendis captiuis tractat) satisfaceret, antecessorem suum Casparum de Robles caeterosque praefectos ad generales Status in Brabantiam transmittit, novos vero, quos in hac turba elegerant milites, partim mutat, partim in officio confirmat, numeratoque quam celerrime per magistratum fieri poterat militibus²⁵¹ debito stipendio, iussu principis Aeraici istud beneficij Senatui Groningano indulgentis, omnes relicta urbe mittuntur in Brabantiam.

Groningani interim a tam diuturno et molesto praesidio liberati et quasi in integrum restituti hunc diem et subsequentem noctem summa laetitia, epulis, potationibus, choreis et facibus <106> per omnes plateas incendendis consumpserunt. Quin et vasis piceis siue pice illitis ipsi turri impositis triumpharunt. Deo potius Opt. Max., a quo omnia bona profisciscuntur, pro tanto beneficio liberationis ex toto corde gratias egissent. Verum alio, uti diximus, modo eius beneficij memoriam celebrarunt; quapropter istud gaudium quam celerrime concidit, et in magnam euasit tristitiam, turri ad S. Martinum campanis, arti-/49/ficio

²⁴⁹ Geschrap: *eorum nomine*

²⁵⁰ Toegevoegd boven de regel.

²⁵¹ Feith: *militibusque*

operis²⁵² et altitudine celebratissima ad medietatem usque, ut ita loquar, combusta.

Sequentibus diebus alij arma sua quondam deposita recipere, alij noua sibi comparare quasi aemulatione quadam inter sese contendunt. Mox ciuitas tota in certas distributa est ²⁵³ tribus, quarum singulis sui attributi sunt praefecti atque signiferi more militari. Atque ita urbem, quae modo peregrinorum militum praesidio regebatur, nunc suoapte Marte et custodire et defendere ag-<107>grediuntur. Porro et arcem a Casparo de Robles quasi in perniciem urbis iam antea inchoatam et huc usque continuatam labore, solo aequant.

Eodem anno, ipso [sancto]²⁵⁴ die Veneris, ut vocant eum, qui festum paschatis praecedit, iterata eadem est maris concitati tempestas, qualis anno 1570 et paulo post anno 1572 contigerat, ac totam Phrsiam prope aquis inundauit. In qua saeuissima tempestate incredibilis prope hominum atque pecudum numerus interijt, idque praesertim in Phrsia Orientali, quam magis ²⁵⁵ atque unquam alias hoc tempore infestauit, adeo etiam ut multae, et inter eas quoque onerariae naues aliquot ingentis magnitudinis, super aggerum fastigia auectae et in longe dissitos campos abactae sint. Aggeres etiam maritimi non leuiter conquassati sunt, cum magno incolarum omnium damno et dispendio.

Mensis Augusti die trigesimo <108> Praefectus ²⁵⁶ arci²⁵⁷ Leouerdianae, praeter suum militem etiam alios intra moenia recepit, eo scilicet consilio quod de magistratu quosdam comprehendere decreuisset. Hi intromissi totius statim arcis dominatum per vim occuparunt. Ciues, hoc excitato tumultu, sibi metuentes etiam ad arma concurrunt, arcemque obsidentes eam mox in potestatem accipiunt /50/ suam, militibus stipendiorum integra solutione promissa. Secundo igitur Septembris die arcem ingressi ciues, donec gubernator adueniret Lalaignius, eam sua cura et diligentia custodiunt.

²⁵² Toegevoegd boven de regel.

²⁵³ Geschrap: *quarum singulis sui additi sunt*

²⁵⁴ Behalve *feria sexta* staat ook *dies Veneris* voor vrijdag. *Dies Veneris* heeft soms de specifieke betekenis van Goede Vrijdag, zij het hier en daar in combinatie met *sanctus* (maar, zoals blijkt uit de teksten die beschikbaar zijn in de LLT, niet met *bonus*, zoals Feith in een noot bij de betreffende passage van de Latijnse tekst voorstelde: 'hier schijnt *bono* (*die Veneris*) ingelascht te moeten worden, wegens het volgende *ut vocant*').

²⁵⁵ Geschrap: *hoc tempore*

²⁵⁶ Geschrap: *militum in*

²⁵⁷ *arci*, veranderd uit: *arce*. Phebens verbindt *praefectus* doorgaans met een genitief (bijvoorbeeld *militum*, *cohortis*), maar hier met een datief *arci* (veranderd uit *arce* in het handschrift). Deze verbinding met een datief is welbewust, zoals blijkt uit eenzelfde bewoording in <297>!

<109> /51/
CHRONICI RERVVM IN PHRSIA,
ET PRAECIPVE CIRCA GRONINGAM
GESTARVM,
LIBER SECUNDUS.

DIXIMUS SUPERIORE libro de confoederatione ac pacificatione prouinciarum cum principe Auraico et Statibus Hollandiae ac Zelandiae Gandavi inita. Haec postea Austriaci regij fratris autoritate confirmata et in formam edicti perpetui relata publice promulgatur.

Omnia itaque nunc in tuto collocata esse videbantur, leges²⁵⁸, libertatem ipsamque adeo exoptatam pacem patriae <110> restitutam omnes laetabantur. Exules iamdudum e patria extorres ad suos reuertebantur, ciues et mercatores libere negotiari, atque agricolae desertos agros ubique recolere incipiebant. Verum Sathanas humanae tranquillitatis acerrimus hostis tanto illis bono gaudere diu non permisit. Etenim vix sedatum erat praesens bellum prouinciarum pacificatione, quin rursus neglectis pacis conditionibus ab Austriaco redintegratur, ut potius a parte regis, re desperata, recepisse vires quam deposuisse dici posset²⁵⁹. *Sic scilicet principes²⁶⁰ decet vulpinam²⁶¹ induere ubi leoninam non possunt, et mox exuta ea resumere leoninam*, quemadmodum hoc tempore Austriacus, qui astu pacem simulauit ut per occasionem ad bellum redire commodius posset, re ipsa demonstrauit. Atque haec quidem in superioribus Belgij prouincijs, occupato Namurco, trahebant initium. /52/ <111>

In Phrsia ²⁶² interim nouus ignis in flammam erupit. Nam inter Groninganos et circumiacentis²⁶³ agri proceres, quos deputatos vocant,

²⁵⁸ *leges*, veranderd uit: *legem*

²⁵⁹ Feith: *potest*

²⁶⁰ *principes*, veranderd uit: *principem*

²⁶¹ Feith voegde toe: ‘hier zal men in gedachte *pellem* moeten aanvullen’. De uitdrukking was echter zo ingesleten dat dit *pellem* korthedshalve ook door andere auteurs regelmatig werd weggelaten. Zie de opmerking bij de vertaling.

²⁶² Geschrap: *insuper*

²⁶³ Feith: *circumiacentes*; zie ook de uitleg in de voetnoot bij de vertaling.

quaestio iam olim ²⁶⁴ ob reipublicae vniuersae administrationem nec non et commertia siue iura stapulae, quae eo locorum Groningani exercebant et a multis temporibus iure quodam singulari defenderant, ventilata iam denuo ²⁶⁵ excitari coepit. Quod dissidium magnam belli partem etiam in Phrisiam retraxit.

Huius dissidij componendi causa varij indicti sunt conventus absque fructu semper exeuntes. Et tandem primo Nouembris anni praesentis, cum forte in urbe convenissent deputati, multaque petulanter et priscis institutis atque

²⁶⁴ Geschrap: *propter commertia*

²⁶⁵ Geschrap: *ab agrarijs*

moribus plane contraria egissent, foederi antiquo renunciassent, particulares conventus haberent, factaque separatione ciuitati bellum machinarentur, abs Groninganis omnes quot-<112>quot aderant mandantur custodiae.

Haec res quosdam nobiles eius territorij in agro habitantes mouit, ut tantum facinus armis vindicare non dubitarint. Atque hoc modo Bartholdum Entens, ex eodem territorio oriundum et sub Auraico iamdudum bello exercitatum, nec non et alios quosdam contra dictam ciuitatem instigant. Verum enimvero *vana est sine viribus ira*,²⁶⁶ et antequam signa coniungerent, ex hisce quidam in coenobio *Asseno* collecti ab oppidanis vel caesi, vel capti, vel fugati, protinus dissipantur. Similiter²⁶⁷ Bartholdo Entens eiusque complicibus euenit. Occupata enim ab hisce arce Couerdiana Groningenses Ioanne Vinkenbergio ductore cum aliquot tormentis bene instructis et sex signis ciuium e medio iuuentutis delectorum Couerdiam profiscuntur, arcemque sine mora quam arctissime obsidentes paucos post dies in deditionem accipiunt, ipsumque Bartholdum Entens cum Scheltone <113> Iarges et Iacobo Entens ibi comprehensos vna Groningam adducunt, atque ibi eos mandant custodiae, militibus, quod sese in fidem Groningensium dedissent, libere dimissis. /53/

Eodem anno Nouembris die decimo aut nono apparuit terribilis admodum cometes e genere caudatorum, ut eos vocant astronomi, ac multo tempore ibi visus est hominibus.

- 1578 Hunc anno sequenti 1578 et alius sed multo minor subsecutus est. Quid hi mali portenderint ex sequentibus aliquo modo planum euadet, nam si principum magnorum fata et interitus, si rerum mutationes, si bellum, si annonae caritatem, si famem, nec non et pestem tempestatemque dixeris, horum omnium nihil desyderatum fuit.

Huius anni mense Martio in carcerem raptus est Leouerdiae supremus Curiae Occidentalis Phrisiae Senatus, et communi calculo nouus

²⁶⁶ Livius, *Ab urbe condita* 1,10,4.

²⁶⁷ Geschrap: *cum*

eligitur. <114> Praeterea primus Episcopus eius urbis Cunerus Petri et alij Senatores in ipsam arcem vocati ibi custodiuntur, nonnullis intra proprios parietes suae fidei relictis. Tandem 13 Augusti iuxta formulam pacificationis Antuerpianae reformatae religionis ibi publice auspicatur exercitium.

Interea temporis, die Septembris 17 ex deputatis Groningae captis, sicut antea diximus, nonnulli clam aufugere. Quidam autem eorum qui remanserant, iureiurando suo relictis, etiam e custodia dimittuntur. Entens ipse, adhuc aliquamdiu detentus, postea quoque et ipse dimittitur, data fide ne quid praeterea ²⁶⁸ contra ciuitatem Groninganam hostile attentaret.

Erant hoc tempore Dauentriae et Campis Germanorum praesidia; hi a pacificatione Gandauensi inde usque ad hoc tempus eas urbes nihilominus retinebant, nulla ratione a proposito recedere volentes. Caeterum, occupato iam ab <115> Austriaco Namurco, illius nomine sese eas adseruare ac retinere affirmant. Lalaignius itaque eius prouinciae nomine Statuum gubernator utramque urbem, hanc scilicet vigesimo die Iulij, illam 20 Nouembris, facta obsidione in potestatem suam redegit.

²⁶⁸ Geschrap: *hostile*

Restaurato sic, uti diximus, praesenti bello occupatoque /54/ Namurco Ioannes ab Austria cum omnibus complicibus, fautoribus et asseclis suis, elapso statim anno, in Hollandia, Zelandia reliquisque prouincijs atque urbibus, nunc etiam in ipsa Phrisia publice hostis declaratur. Ac postea primo Octobris in castris suis peste moritur, et in locum ²⁶⁹ eius surrogatur Alexander Farnesius dux Parmensis.

Eodem mense ex templis quibusdam Leouerdiae, Nienhoeue scilicet et cenobio Minorum ut vocant, statucae remouentur, sed postea iussu <116> Lalaingij in veterem statum restituuntur.

Dissidium quoque inter Groninganos et agrarios nondum sopitum erat. Eius igitur componendi causa ab Auraico et Statibus Generalibus Groningam ablegantur Philippus Marnixius, vulgo dominus de S. Allegonda, et Nicasius Sylla, viri prudentissimi. Sed quia hi magis a partibus ipsius agri quam urbis stare dicerentur, tanquam suspecti arbitratores remoti sunt, et re infecta discedunt. Oppidani autem et agrarij in dies magis magisque inter se animis exacerbantur.

1579 Neque hoc satis fuit, sed interea etiam inter ipsos ciues de religione controuerti²⁷⁰ coepit. Haec controuersia ne tandem in seditionem erumperet, concepta Antuerpiae est formula pacis, in casu religionis apud Groninganos seruandae, quae postea cum magno applausu ibi recipitur et publicatur, ut infra dicemus.

Paulo ante pacificationis Gandauensis facta est mentio; eius confirmandi <117> gratia multae prouinciae ac ciuitates (inter quas etiam et agrarij) particularem inierant unionem Traiecti, cui cum Groningani, quorum nonnulli Hispanicas partes sequebantur, subscribere nollent,

²⁶⁹ Geschrap: *etiam*

²⁷⁰ Feith: *controuersia*

Lalaignius a Statibus sibi debitis medijs contra eos prospicere iussus Fischfletae conventum designavit, ubi querelam agrariorum nomine camerae regiae et simul de vnione subscribenda controuersiam componere putavit. Sed quia Groningani id contra priuilegia sua et morem consuetum fieri /55/ contenderent atque ideo ibi venire recusarent, tandem militem suum convocavit. Nienortius quoque ad quintum Maij Groninganis scribit, oportere illos diffidentiae omnis tollendae causa aut praesidia accipere, aut obsides dare. Quod dum surdis canere viderent, iudicum camerae regiae exercitium suspendunt, Delffzylum, Winsemium et Dammonem munire proponunt, Corputio eius rei cura demandata. Groninga-^{<118>}ni interim bona verba dabant, sed nihilominus tempori et occasione inseruientes etiam tumultuarium militem conscribunt. Atque ita Lalaignius mensis Maij vicesimo secundo aliquot signa peditum Bartholdo Entens ductore Groningam versus ablegat, qui sese a septentrionali ciuitatis parte sed cum exiguo eius detrimento communit. Et quamvis inter oppidanos et gubernatorem de componenda controuersia iam pedetentim tractari incoeperit, interim tamen, errore (ut aiunt) causam praestante, ab incursionibus, rapinis ac depraedationibus cessatum non est. Nam boues et iumenta ciuium e pascuis abegerunt atque ipsum suburbium Bartholdo Entens auctore hostiliter adorti sunt. Contigit hoc ad calendas Iunias anni praesentis. Lalaignius vero, etsi haec suo nomine et autoritate geri viderentur, aliud tamen animo secum volutabat, uti postea non verbis tantum sed ipso facto etiam declarauit. ^{<119>}

Eodem mense die quarto supremae Curiae Occidentalis Phrisiae Praeses et Senatores, qui

praecedente anno, ut superius annotauimus, in carceres abrepti fuerant, urbe expulsi publice relegantur.

Dum ea ita, uti dicere incoeperamus, a Bartholdo Entens eiusque militibus gesta essent, e continenti a Groningani in Veterem Prouinciam mittuntur literae: quomodo cum gubernatore propter militem nuper adductum tractationem inierint, et in omnibus sese generalitati conformes reddere parati sint; hisce tamen non consyderatis, ipsum Bartholdum Entens urbem hostiliter aggressum, pecora e /56/ pascuis abegisse, ipsumque suburbium expugnare tentasse; iubere igitur eos tanquam subditos suos, ad communem hostem repellendum, statuto tempore, cum armis adesse. Quibus intellectis, illi sese omnino excusant, idque propter rationes respectu²⁷¹ loci atque temporis valde praegnantis. Caeterum <120> his ex parte quidem satiati Groningani, non tamen omnino a ²⁷² proposito desistunt, sed ad sextum eius mensis diem secundo instant, ut extemplo cum trecentis armatis ²⁷³ (uti etiam nonnulli fecerunt) adsint: aut siquidem hoc displiceat, se trecentos eorum nomine et stipendio conducturos.

Sexto quoque Iunij, ubi oppidani hostem pulueris defectu laborare intellexissent, tormentis militibus iuuentuteque urbana ²⁷⁴ in castra impetum faciunt. Sed post duos congressus, multis utrinque cadentibus, ad moenia ²⁷⁵ ipsa abs hoste repelluntur.

Eodem ferme temporis momento a Pomponio Uffkens ad eosdem in Veterem Prouinciam gubernatoris nomine mittuntur literae, quibus suam illis rebellionem acerrime exprobrat. Et²⁷⁶ quia omnia generalitatis, non alterius dominationis quaerendae causa gerantur, sequenti die ante solis occasum se ei sistant, si quidem poenam euitare velint. <121> Eo scripto in prouinciam delato illi protinus ad placandum animum gubernatoris delectos suos Dammonem mittunt legatos; atque ibi ijs ²⁷⁷ certi oblatis sunt articuli, quorum haec erat sententia. Ne quid contra generales Status ipsumque gubernatorem hostile molirentur. Ut sese in omnibus

²⁷¹ Toegevoegd boven de regel.

²⁷² Geschrap: *sententiando*

²⁷³ Geschrap: *de suis*

²⁷⁴ Geschrap: *atque eo(?)*

²⁷⁵ Geschrap: *sua(?)*

²⁷⁶ Feith: *exprobrat, et*

²⁷⁷ Geschrap: *a Gubernatore*

generalitati redderent conformes, eoque nomine aliquot obsides darent. Praeteriti excessus atque rebellionis culpam coram gubernatore deprecarentur, aut certe ab insontibus sontes segregarent. Quibus dum subscribere propria autoritate non possent, ut cum suis consultarent ²⁷⁸, domum reuertuntur.

Post paucos itaque dies iterum accersiti supplicationem exhibent, qua se ab insimulata rebellionis nota omnino /57/ purgant, atque ad propositos articulos luculenter respondent, quid etiam acceptare possint aut non possint, exponunt. Quo facto, hoc impetrant ut pro obsidibus, quos dare detrecta-<122>bant, cautionem iuratoriam praestiterint, prouinciali sigillo confirmatam, atque ita, quibusdam limitatis, res componitur.

Undecimo Iunij inter Groninganos et gubernatorem rursus conuenit, conscriptis articulis quibusdam quorum haec erat sententia: ut Groningani sese generalibus Statibus in omnibus, quae ad retinendam pacem et communis patriae priuilegiorumque conseruationem spectant, obedientes praebeant; ut nihil vel intra vel extra portas suas hostile attentent, eoque nomine sex obsides tradant. Porro, ut milites utrimque dimittantur, munitiones excitatae demoliantur, captiui etiam ultro citroque restituantur. Denique ut abacta pecora ciuibus quam primum reddantur. Quod ad caeteras quaestiones ²⁷⁹ inter ciuitatem et proceres agri gliscentes attinet, ut earum nomine amice cum gubernatore transigant; si lis sopiri hoc modo nequeat, ut iure decidatur, pendente ea nihil <123> noui ²⁸⁰ attentetur.

Inter eos etiam dies aliquot milites Lalaignij per Veterem Prouinciam dispositi miserrimis modis incolas loci eius vexabant, adeo quidem ut praeter ipsam sustentationem a singulis quoque inauditam pecuniae summam extorquere non desierint. Adhaec ipse gubernator sub comminatione paratae executionis quinque annorum et dimidij tributum illis imperabat. Quae cum perferre amplius non possent, Groningam profecti Senatui rem aperiunt et ab eo petunt auxilium. Mensis itaque Iunij die vigesimo Senatus ea de causa gubernatori scribit, qui statim optionem illis concessit, militibus saltem vel²⁸¹ hospitio prospicere vel eius loco menstruam pecuniam persoluere, militibusque vero certum et limitatum modum praescribit,

²⁷⁸ Geschrap: *possent*

²⁷⁹ Geschrap: *attinet*

²⁸⁰ Geschrap: *atte*

²⁸¹ Toegevoegd boven de regel.

quantum scilicet in singulos menses accipere debeant, ea praeter ²⁸² a subditis nihil exigendo. /58/

Post factam inter Lalaigium <124> et ciuitatem transactionem ipse nihilominus extra urbem aliquandiu commorabatur. Tandem ipso die Ioannis, qui saepe et multoties rogatus non nisi maiore et quidem tanto, qui ciuibus omnino²⁸³ displicebat, militum numero intrare volebat, is nunc suapte sponte et quidem paucissimo comitatus sodalitiio intra urbem aduenit.

Drentini iam antea quatuor signa militum Lalaigij ex impatientia ²⁸⁴ concussionum profligarunt et indies adhuc magis ferociebant. Primo itaque Iulij tribus tormentis campestribus et copijs suis corroboratus per Drentiam recta Couerdiam tendit. Sed Hispanorum partes sequentes officiarij atque praefecti relicta arce Lalaigio vacuam possessionem relinquunt.

Oldenzela autem et Lignia neque praesidium Statuum neque religionis constitutionem admittebant, tantum bona verba dabant. Et quamuis Lalaigius dira eis minitaretur, nihil tamen contra eos facto designauit. Weddam Corputio quoque muniendam commisit, sed deficien-<125>tibus medijs incoeptum opus ad finem non peruenit. Unde non frustra quidam ipsum gubernatorem Lalaigium tacite regijs partibus [fauere]²⁸⁵ suspicabantur.

Interea Statuum copijs Germanicis in Brabantia castra relinquentibus, eorum multi in ditionem Transissulanam aduenere, atque incredibilem ei iniuriam damnumque intulere. Dux eorum erat Cutzbachius miles celeberrimus, qui tandem post multas depraedationes et illata damna in agrum Lignensem praedabundus cum suis concessit, atque ibi similiter libidinem suam explendo, puluere tormentario in aera sublatus, poenam Deo persoluit et interiit.

Prouinciales milites, quorum Bartholdus Entens antesygnanus erat, populabundi similiter in agricolas quotidie debachabantur, donec et illi arma

²⁸² Geschrap: *nihil*

²⁸³ Toegevoegd boven de regel.

²⁸⁴ Geschrap: *propter diras(?)*

²⁸⁵ Feith; handschrift: *fouere*

sumentes duas equitum turmas ²⁸⁶, unam Dodonis Larij, alteram Rensualdij, Couer-/59/diam usque profligarint, curribus, <126> equis atque impedimentis exutas.

Posthaec apud Zuidlaram rursus collecti sunt agricolae, Bartholdo Entens eiusque complicibus resistendi causa. Sed in fugam miserrimam acti non solum hi sed omnes etiam alij²⁸⁷ Couerdiam usque agricolae equitatu eius praedae fuere, uuiuersa ditione etiam octodecim aureorum millium summa mulctata.

Et iam pedetentim Lalaignius scelerati animi sui atque perfidiae, ²⁸⁸ ut modo diximus, non solum fundamenta iacere incoepit, sed praetextu multarum querelarum omnibus quoque permisit sine ullo discrimine tam suis proprijs quam alijs quibusuis militibus palam resistere, et, ut summam dicam, omnes quos metuebat e medio tollere.

Agricolae Phrisij adhuc pacati erant, Drentini irritati, sed Transissulani, Tuentini, Zallandici Mastebrocensesque plane in furorem acti ²⁸⁹ arma sumebant, praefectos militares eligebant, <127> signaque coniungentes ex euentu sese desperatos vocabant, et ut omnibus causam suam palam facerent, in signis suis dimidiam testam oui depictam habebant, hoc symbolo siue emblemate innuere volentes, quod vulgo dici solet: *hactenus pro ouo ipso non voluisse, nunc pro inani testa oportere pugnare*. Ad compescendos eos Philippus comes in Hohenloe Statuum nomine copias eduxit, sed quia numero illi longe vincebant, non sine vitae periculo ab iratis agricolis repulsus est. Postea iterum auctus apud Sionem monasterium, eos prorsus fudit fugauitque, septingentis et amplius rusticis occisis. Adhaec apud Roldam etiam Drentiae vicum multos interneccione deleuit, victoriamque suam indes persequendo eos omnes ad obedientiam praestandam et arma tradenda armis coegit.

Lalaignius trucidator beneuolus (ut est in prouerbio) et ad simulandum <128> et dissimulandum aequae paratus, ut fucum faceret omnibus, atque omnium oculos animi quadam in Rempubicam propensione ad se converteret, et tantisper /60/ excaecaret²⁹⁰,

²⁸⁶ Geschrap: *u*•

²⁸⁷ Toegevoegd boven de regel.

²⁸⁸ Geschrap: *fundamenta iacere coepit*

²⁸⁹ Geschrap: -

²⁹⁰ Feith: *excoecaret*

donec voluntatis atque propositi sui foelicem exitum inveniret, non multis ab ingressu suo intra urbem diebus elapsis senatus populique Groningani consensu articulos pacis religionem concernentes, ab archiduce Matthia et Auraico nomine Statuum iam antea Groningam transmissos, publicari curat. Eorum summa haec erat: quandoquidem *nulla religio vi aut armis propagari sed tanquam donum Dei coelitus expectari debeat*, ut hoc intuitu utraque pars tam in concionibus habendis quam sacramentis administrandis sua libere habeat exercitia; ut Reformati sibi concessis a magistratu locis contenti sint, nec alibi alia haberent conuenticula; ut ministros suos et consistoriales Senatui exhibeant, ad praestandum in rebus politicis fidelitatis et obsequij iuramentum; ut ab aliorum simul conventibus abstineant, aut ijs sine scandalo intersint. Ne alius alium in suis exercitijs, caeremonijs, ministerijsque impediatur, re verbisque damno aut iniuria afficiatur. Ne tam ab hac quam ab altera parte ministri, quod ad excitandos motus aut seditiones tendere aliquo modo posset, quicquam proponant. Quantum ad festos dies et carniū vetitis diebus comestionem attinet, se quisque gerat iuxta morem ibi vulgo receptum. Magistratui interim debitam exhibeant reuerentiam, cumque ope et consilio iuuent. In transgressores, tanquam seditiosos et publicae tranquillitatis perturbatores, pro modo delicti sine ulla dissimulatione quam grauissime animaduertatur.

His ita publicatis Senatus Gubernatori potestatem dedit ulterius ea in re, prout is decere putauerit, disponendi. Qui rem sic moderatus est: ut Reformatis ad exercitium suae religionis duo cederent templa, unum Franciscanorum, alterum²⁹¹ Walburgis, ea tamen conditione, ut decenter et ordine omnia fierent, et quae illis²⁹² offendiculo essent, a clericis atque tribubus ipsis reponerentur. Utque redditus omnes utriusque, tam Walburgis quam Martiniani templi, /61/ in communem usum impenderentur. Publicata haec sunt e curia ciuitatis Groninganae in ipso festo Petri et Pauli apostolorum,

²⁹¹ Feith: *alteram*

²⁹² Toegevoegd boven de regel.

quod erat mensis [Iulij]²⁹³ die vigesimo nono. Atque hic quidem dies, omnibus bonis, pacis concordiae ac dulcissimae tranquillitatis amantibus laetissimo sydere affulsit, dignus sane qui albo signaretur lapillo. Utinam vero ea tam fuisset diuturna pax, quam exoptata multis.

His ita constitutis in urbe, de semouendis etiam ex agro militibus cum Lalaignio Senatus agit. Quod ille, nisi prius numerata militibus pecunia, fieri posse omnino negauit; ea data se ipsius senatus petitioni libenter satis-<131>facturum. Erat autem ea tempestate uniuersum ciuitatis aerarium omnino exhaustum; erant etiam exhausti et plane nudati pecunia eorum subditi, ita ut eam pecuniam corradere perdifficile et pene impossibile esset. Tandem apud publicum quendam ciuitatis ministrum, in certum usum ibi reseruata, inuenta pecunia est, eaque Lalaignio numeratur. Quo facto militem ex agro abducit, et ipse abit Traiectum.

Eodem hoc anno, decimo octauo Augusti, Groningae inter regios (quos malecontentos iam vocabant) et reformatos ingens fuit commotio. Regij, Senatus magnam partem in ipsa Curia collectam, quod Statuum reformatorumque causam fouere eos putarent, coacta turba per vim opprimere nitebantur. Quod cum reformatis quibusdam innotesceret, ilico in Curiam prorumpunt, ipsumque Senatum clausis foribus sese retinentem liberant, coniuratis omnibus <132> in varias partes dispersis ac fugatis.

1580 Diximus iam antea de Lalaignio, quomodo scilicet agricolas contra militem concitarit, et multa alia, quae facienda illi erant, omiserit²⁹⁴; quapropter in magnam Hispanicismi suspicionem apud omnes incurrit, quam magis etiam auxit sororis eiusdem Corneliae intra urbem Groninganam aduentus. (Haec enim illi reconciliationem suam cum Parmense factam²⁹⁵, et ingentem pecuniae summam, ac²⁹⁶ ditissimi matrimonij spem, aliasque peramplas promis-/62/iones ²⁹⁷ clam attulerat). His igitur et similibus causis et praesertim principis Auraici instinctu moti Phrisiae Occidentalis Status, *quia melius est praeuenire quam praeueniri*,²⁹⁸ mense Februario arcem Leouerdianam, in qua erat Ioannes Schagen, in potestatem suam redigere proponunt. Atque hoc ut commodius perficerent, extra moenia arcem duobus signis militum circumdant, intus vero ciues similiter cum praesidiario milite ad arma concurrunt, conuocatisque monachis quibusdam, sicut <133> et

²⁹³ Feith; handschrift: *Iulij*

²⁹⁴ Feith: *emiserit*

²⁹⁵ Toegevoegd boven de regel.

²⁹⁶ Toegevoegd boven de regel.

²⁹⁷ Geschrap: *attule*

²⁹⁸ De uitdrukking gaat terug op Cyprianus, *De singularitate clericorum*, 42 (*salutare remedium est praeuenire potius quam praeueniri*).

uxoribus atque liberis eorum, qui in arce erant, omnes eos ad fodiendum cum lignis tutissimi valli instar agmini praeponunt, atque ita fossam ipsius arcis repleturi. Impeditaque ad hunc modum aduersariorum defensione, dum *nemo proprijs uxoribus aut liberis* vel etiam religiosi dominis *nocere cupit*, praefectus²⁹⁹ e continenti arcem tradit et a ciuibus solo aequatur; monachi vero inter militares ordines collocati pulsus tympanis urbe expelluntur.

Februarij die secundo Remichius Camminga cum quatuor alijs signis Harlingiam festinat, eiusque loci arcem obsidione cingit. Obsessi interim acriter aliquandiu resistunt, donec Lalaignius de arcis Leouerdianae oppugnatione audiens Secretarium suum Baylionem Leouerdiam ablegaret, mandatis versutissimis, prout sese offerret tempus, egregie instructus. Capto autem ibidem Secretario, repertisque penes eum chartis mundis aliquot sola Lalaigniani nominis subscriptione nota-<134>tis, eum cogunt ad praefectum arcis, ut extemplo eam obsidentibus dedat, perscribere; qui visa Lalaignij eiusdemque Secretarij manu, nihil mali subesse existimans quinto eiusdem mensis arcem dedit; et mox ab una parte demolita arce, tota Harlingia moenibus circumdatur.

His ita Leouerdiae et Harlingiae gestis Sonoyus cum quatuor signis similiter Stauriam contendit, quam vnica denunciatione Satrapa [Pypenpoius]³⁰⁰, quum de voluntate Auraici satis³⁰¹ instructus esset, statim tradidit. Arx similiter /63/ quoque, ut aliae, solo aequatur, sed non reparato ciuitatis vallo hostibus postea recuperandae eius occasionem dedit.

²⁹⁹ Geschrap: *arcis*

³⁰⁰ Feith; handschrift: *Pypenpoius*

³⁰¹ Geschrap: *instr*

Eiusdem mensis undeuigesimo die statuæ iam iterum Leouerdiaë e templis deturbantur, sacerdotibus nonnullis publice proscriptis siue relegatis. Similiter quoque in alijs omnibus Phrisiæ Occidentalis ³⁰² urbibus atque agris hoc tempore agitur, bonis monasticis in alios <135> et quidem necessarios usus conuersis.

Diximus modo de pacificatione nomine religionis apud Groninganos a Lalaignio publicata. Verum ut nunc sunt res humanae, in tali statu et tam laudabili harmonia pax ea diu consistere non potuit, diabolo discordiæ authore et parente utramque partem, hoc est papistas et reformatos, in mutuuum odium ac consequenter in miserrimam seditionem concitante. Nam licentiæ et impudentiæ audaciæque laxatis habenis, dum in transgressores huius pacificationis (uti formula eius comprehensum erat) non animaduertetur, ciuili discordiæ et commotionis in dies magis magisque iacta sunt semina. Etenim alter alterum inuidia, odio, suspicionibus, mendacijsque prosequatur. Se inuicem calumnijs, maledictis, ac conuictijs³⁰³ lacesabant, proscindebantque. Et ut semel dicam, omnia in eum abiire statum, ut nullus iam amplius candori synceritatique, quæ alioquin conciuēs <136> et amicos maxime decent, locus relictus esset. Ubi igitur duo pluresve in plateis aut alibi in publico congregati ³⁰⁴ erant, alij mox conspirationem aliquam illos moliri metuebant. Adeo tunc per omnem et in uniuersam ciuitatem grassabatur furijs comitata ἡ διαβολή, ut tandem omnia inter se hostilia (ut modo dicemus) attentarint.

Reformati papistas siue regios et cum hisce ipsum etiam³⁰⁵ Lalaignium in eam rem ex certis indicijs conspirare videbant. Atque ideo quoque ipsum nonnulli adeunt, eique rem, uti acceperant, exponunt. Quod cum ille constanter negaret, additoque iuramento eis fidem et omnia bona /64/ promitteret, præterea etiam ad vigilandum incitaret, illi ad suos reuersi, omnia, uti ea a Lalaignio acceperant, exponunt. Et quia *suspicio, quæ in animis hominum altius radices agit*, nondum sublata erat, ea etiam nocte suas (uti moniti erant) statuere excubias, ut si facto opus videretur, maturius ad sui defensionem præsto essent. Papistæ vero siue regij sibi reformatos insidias struere prætendebant (reuera nihil aliud quam Hispanum olebant) atque ideo³⁰⁶

³⁰² Geschrap: *agitur*

³⁰³ Feith: *convictijs*

³⁰⁴ Geschrap: *essent*

³⁰⁵ Toegevoegd boven de regel.

³⁰⁶ Feith: *adeo*

hasce excubias tanquam clandestina et insidiosa incusabant conuenticula. Augebat in hac re praetensam suspicionem et illud, quod non ita procul ab urbe tria peditum signa haerere dicerentur, quae, licet longe aliter se res haberet, in suam perniciem ibi latitare iactabant. Haec et similia non solum a conciuiibus suis, sed (*ut omnino nodum in scirpo quaerent*) et multo peiora a confoederatis unionis Traiectensis sibi metuebant, ut postea declarabimus. Omnibus itaque qui de suo grege erant, rem aperiant, et tandem facta conspiratione tempus et hora irruptionis designatur.

Erat iam ferme elapsa nox et hora audita quinta mensis Martij die tertio: cum reformati nihil amplius <138> sibi metuentes, iam aliquo modo dispersi essent; tum papistae, peridoneum tempus nacti, sudarijs signisque albis brachijs suis alligatis ad arma concurrunt, et quod in animis suis iamdudum reconditum haerebat, hoc modo expediunt. Reformati id ³⁰⁷ conspicientes se ilico quocunque locorum possunt abdunt, paucis sese opponere nitentibus. Iacobum Hillebrandum e numero reformatorum consulem, siue quod hanc turbam sedaturus, siue quod³⁰⁸ suos ad arma defensionemque (uti quidam volunt) incitaturus erat, domo sua egressum globulo bombardae traijciunt. Cum hoc consule adhuc alius quidam interiijt, alioqui sine ulteriore caede et multa sanguinis profusione res fere exijt. Caeterum omnes quos inuenire usquam³⁰⁹ locorum potuerunt, tam ex ³¹⁰ plebe quam ipso etiam magistratu gregatim in carceres /65/ deturbant, non amicis neque cognatis parcentes. E consulibus capti sunt Theodericus Schafferus, Reinoldus Alberda, Guillelmus Ubbena, <139>

³⁰⁷ Geschrap: *per*

³⁰⁸ Toegevoegd boven de regel.

³⁰⁹ Feith: *usque*

³¹⁰ Geschrap: *ipsa*

omnes ut antiquae nobilitatis sic in ea ciuitate praecipue³¹¹ autoritatis viri; ex Senatoribus non pauci, ciues vero quamplurimi. Summa omnium erat centum et triginta sex captiuorum praeter eos qui ex hoc periculo incolumes euasere.³¹² Nam multi vel apud cognatos vel vicinos vel etiam alios fideles amicos suos sese absconderant, qui postea oblata occasione aut fictore depicti³¹³, aut tonsi, aut alieno vestitu induti ex urbe in voluntarium exilium aufugerunt.

Ipse Lalaingius comes a Rennenbergio qui iam antea beneficio foederatorum Statuum reformatorumque ipsius Phrisiae, Groningae, vicinarumque ditionum electus erat gubernator, eorumque nomine munitiones et arces nonnullas atque iam recens Campas Dauentriamque urbes ad Issulam sitas subegerat, qui Groninganos inter se dissidentes modo³¹⁴ ad generalitatis obsequium redegerat, et³¹⁵ religionis nomine pacifica-<140>tionem ibi iam pridem publicari fecerat, et adhuc hesternae die reformatis fidem iuramento addixerat suam, is iam (dictu mirum) cum suis coniuratis ex aula prorumpens in hoc ipso tumultu, apud aduersarios atque hostes eorundem et quidem³¹⁶ inter primarios seditiosos stare cernebatur, atque hoc demum momento se Phrisiae gubernatorem factum, iactare. Per Phrisiam Occidentalem eodem ferme tempore eum idem attentare voluisse, sed per Pomponium Uffkens rem detectam concidisse memoratur.

Contigit haec apud Groninganos, uti diximus, appraehensio³¹⁷ tumultusque ciuilis tertio Martij, anno 1580. Hoc facto nouus Senatus eligitur per omnia pontifici Romano et Hispanorum regi fidelis. Et praedicta templa, quae iam antea cesserant in usum reformatorum Lalaingio auctore, /66/ a monachis atque sacerdotibus papisticis recuperantur, et in his sua ut antea sacra atque ministeria (caeterorum concionibus <141> abrogatis) rursus celebrare incipiunt, aris atque stauis nouis confectis.

Posthaec ex captiuis nonnulli aufugiunt, nonnulli aere dato liberantur; eorum vero qui aufugerunt

³¹¹ Feith: *praecipuae*

³¹² Geschrap: *qu*••

³¹³ Feith voegt enigszins onnodig toe in een voetnoot: 'Hier schuilt eene fout. Mocht men eene gissing wagen, men zou *fucato colore picti* kunnen voorslaan'. Een *fictor* was in de Oudheid iemand die beelden maakt van klei, hout, was etc. Isidorus van Sevilla (*Etymologiarum sive originum libri XX*, 10,104) noemt een *fictor* iemand die de 'haren van vrouwen soepel maakt, en behandelt, invet en glanzend maakt'. Phebens lijkt veeleer te denken aan een '(toneel)kapper' of 'grimeur'.

³¹⁴ Toegevoegd boven de regel.

³¹⁵ Toegevoegd boven een geschrap: *quo*

³¹⁶ *et quidem*: toegevoegd boven de regel.

³¹⁷ Feith: *apprehensio*

bona magna ex parte fisco ciuitatis Groninganae addicuntur. Atque hoc modo constitutis rebus, foederatis Statibus relictis, Groningani Hispanorum partes palam rursus amplectuntur.

Hisce ita apud Leouerdianos rumore diuulgatis, illi similiter ibi cum papisticis agere proposuerant, sed penitius re deliberata, e ciuibus suis nonnullos intra proprias aedes aliquandiu relegatos atque custoditos, septimo Martij omnes eos mittunt in exilium.

Ut autem ad Groninganos reuertamur, eorum apologiam etiam addemus. Pessimam siquidem causam ingressi altero statim eius tumultus die, quarto nimirum die Martij, literas mittunt ad Senatum Campensem, quibus huius sui [facti]³¹⁸ rationem reddere nituntur. Et <144>³¹⁹ primo quidem, quomodo unionis Traiectensis confoederati et eorum socij omnem lapidem mouerint, ut sua in urbe Groningana collocare possent praesidia. Quomodo Bartholdum Entens, loco gubernatoris subornatum, arcem Couerdianam, Dammonem, Delffzylum, nec non et ipsam Burtangiam urbis Groninganae compescendae suppressendaeque causa communire iusserint. Quomodo publicas impositiones omnes, atque collectas siue generalia media Groningae persoluenda, facta inhibitione, Couerdiae solum persolui voluerint. Et quomodo interea temporis subditos suos et vicinos Drentiae incolas non ut amicos atque socios, sed potius Turcarum more sicut hostes tractarint.

Quibus perlectis, eiusdem mensis die decimo quarto, prolixo scripto illi Statuum nomine ad obiectas crimina-/67/tiones luculenter respondent. In primis vero sibi et omnibus, quibus confoederatorum Statuum notae sint actiones, ea ma-<145>xime mira videri; praecipue vero ab ijs, quibus ne minima quidem occasio data fuerit, ea expectanda fuisse. Ac, si quidam male feriat homines contra Groninganae urbis libertatem proprij commodi aut vindictae causa quicquam attentarint, satius³²⁰ fuisse illud omnino praeterijsse, quam contra vicinitatis iura³²¹ ipsamque adeo³²² honestatem venientes eos falsa criminatione grauare,

³¹⁸ [facti] ontbreekt in het handschrift, maar is in de tekst ingevoegd naar het voorbeeld van: *atque ibi facti sui rationem redderent* op p. <311>. Feith merkte in een voetnoot ook al op: 'Hier schijnt *facinoris*, of een dergelijk zelfstandig naamwoord uitgevallen te zijn'.

³¹⁹ In het handschrift verspringt de paginering hier van pagina <141> naar <144>!

³²⁰ Geschrap: ••

³²¹ Geschrap: *venient*

³²² Toegevoegd boven de regel.

quibus nihil unquam magis in votis fuerit, quam ipsam ciuitatem Groninganam in summa cum vicinis suis concordia, quiete ac prosperitate, diutissime florentem conseruari. Neque aliud adhuc optare se, quam ut optima ciuitas contra quorundam (qui iamdudum eam non solum priuilegijs suis orbare, sed etiam Hispanicae³²³ tyrannidis iugo subijcere attentarint) molitiones libera et inconcussa permanere posset. Eas autem molitiones iam tam esse violentas tamque³²⁴ dolosas, ut etiam nonnullos ex medio senatu prudentissimos homines [seduxe-<146>rint³²⁵], ut omnis fidei promissorumque obliti contra non solum ³²⁶ propriam suam, sed etiam communis patriae utilitatem et quietem facere non dubitarint. Et primo quidem quantum ad praesidia imponenda attinet, quamuis ipse Lalaignius hoc non semel in consilio Statuum egerit, nunquam tamen eiusmodi quicquam vel approbatum vel attentatum fuisse. Quantum ad munitionem praedictorum locorum, illud, suasore et monitore Lalaignio, contra hostiles insultus publicae utilitatis ergo institutum fuisse; atque eius curam Bartholdo Entens, non pro gubernatore subornato, sed speciale ad hoc mandatum habenti fuisse impositam. Similiter ³²⁷ de collectatione impositionum quod dicitur, illud non Statuum sed sola Lalaignij autoritate ac voluntate factum esse, quod ille nunquam inficiari poterit. De subditorum vexatione et exactionibus quod praetenditur, illud ad Statuum notitiam non <147> peruenisse, neque ab eo vel eius nomine factum esse. /68/

Sic igitur ³²⁸ Phrisia, ipsaque adeo gubernatio eiusdem diuisa fuit. Ac Lalaignius quidem apud Groninganos iam nomine regis rerum potitur. Occidentales vero Phrisij alium nacti sunt gubernatorem nomine Merode. Hinc postea secutum est et illud, ut hae duae et vicinae imo contiguae provinciae se inuicem gladio, aqua, igne, et acerrimis depraedationibus persecutae sint. Atque hoc progressu temporis magis magisque auctum et multiplicatum est malum, adeo ut nulla amplius vel sexus, vel aetatis, vel conditionis habita ratione, nouo et inaudito crudelitatis modo etiam pauperes et inopes captiuos abducere, atque intolerabilem ab illis pecuniam, quam boni viri eorum nomine ostiatim rogare cogebantur, extorquere non desierint.

Auraicus interea Campis de-<148>gens omnem adhibebat diligentiam, ut Transissulanos in fide et ³²⁹ obedientia

³²³ Feith: *Hispanico*

³²⁴ Feith: *tamquam*

³²⁵ Handschrift en Feith: *seduxerit*

³²⁶ Geschrap: *suam*

³²⁷ Geschrap: *de*

³²⁸ Geschrap: *ipsa*

³²⁹ Geschrap: *obed*

contineret. Sonoyumque statim cum duabus cohortibus Couerdiam Weddamque aditus obseruandi causa (ne videlicet auxilia Lalaignio et Groninganis suppeditari possent) ablegat. Sed licet et Couerdiae et prope Weddam in ipsa Burtangia ingentis molis opus excitari coeperit, nihil tamen, idque cum magno rerum gerendarum detrimento, ad optatum finem peruenit.

Holachium³³⁰ etiam Auraicus ad oppidula quaedam Tuentica regias partes sequentia subigenda emisit. Qui decimo Aprilis Oldenzelam deditione coepit, sed inde Ligniam concedens ibi repulsam patitur.

³³⁰ Handschrift: *Holachium*; Feith: *Hollochium*

Interea Bartholdus Entens, tredecim signis peditum et duabus equitum turmis a Lalaignio ad se pellectis³³¹, urbem Groninganam (iam altera defectionis atque tumultus ciuilis <149> die aliqua ex parte obsessam) firmiore obsidione constringit, fluuiolos vel pontibus sternit, vel omnino obstruit, aggeribusque subinde nouis excitatis, indies magis magisque ad moenia ipsa appropinquat, breui futurum sperans ipsam ciuitatem rerum inopia ad deditionis necessitatem compellere. Ad quam rem conficiendam ei /69/ auxilio mittitur cum septem signis peditum e Christophori Valckenstenij legione desumptis Philippus Hollachius, et postea etiam Gulielmus Nassouiae Comes cum nouem peditum selectissimorum cobortibus. Entens igitur in coenobio Syloense siue Zeluerdiano (quod versus Septentrionem vix dimidio miliari ab urbe distat), caeteri Helpmannae nec non apud Ouelgunnam et utrumque tam Orientalem quam Septentrionalem Pontem suas disponunt copias, pedetentim ad ipsa moenia et portas urbis triginta et amplius mu-<150> nitos aggeres erigentes. His oppidani tria signa militum, quos ipsimet proprio stipendio fouebant, extra butyranam et amnicam portam in munitiunculis quibusdam collocata opponunt. Et licet quotidie tristissima illis adferrentur³³² rerum nuncia, utpote de Mechlinia alijsque oppidis Parmensi ereptis, de auxilijs suis prope Carpam dispersis, de annonae aliarumque rerum intra moenia sua diminutione obsidentiumque quotidiana accessione atque incremento, animum tamen non omnino despondebant, a Parmense subinde amplis promissis erecti et confirmati. Tandem oppidani (quod praeter antecedentia mala plane inexpectatum accidebat) duabus etiam non exiguis munitionibus extra moenia urbis positis

³³¹ Feith: *sepellectis*

³³² *illis adferrentur*: in de marge toegevoegd.

expelluntur. Iam igitur vel eminus cum hostibus ex vallo pugnare, vel subitas eruptiones instituere, vel etiam diuturnae obsidionis moram cum taedio deorare cogebantur. <151>³³³

Excursiones igitur et velitationes (quae et crebrae et vehementes erant) multos utrinque fortes ac praestantes viros, mutuis caedibus confectos, peremerunt, ac post multas variasque concertationes tandem et ipse militum Praefectus Bartholdus Entens ebrius e vico quodam Drentiae, Rolda nomine, ad suos rediens, aliquot praefectis cohortium selectissimisque militibus comitatus, ipsum suburbium Groninganum munitissimum³³⁴ expugnare tentat. Caeterum praeter inhabitatores oppidanis illud non segniter e vallo suo propugnantibus defendentibusque ipse-/70/met Entens e turri quadam, quam *Drenckelsthoeren* vocant, globulo bombardae tactus cum alijs quamplurimis vitam [amisit]³³⁵, sui que tam temerarij facinoris poenas dedit, cui equidem, uti fieri so-<152> let, ipse furor et ebrietas causam dedit. Atque ita ab oppugnando³³⁶ destitere reliqui, et ad suos re male gesta reuertuntur. Cadaver ipsius delatum est postea Middelstemum, atque ibi cum magna pompa funebri in numerosa hominum frequentia humatur. Atque hic quidem fuit gloriosissimi alioqui ac fortissimi militis miserandus exitus et reipublicae nomine deplorandus.

Posthaec apud regios de liberandis ab obsidione Groningensibus, qui hoc tum Ioachimo Ubbena consule efflagitante valde urgebant, cogitari coepit. Suppetiasque ferendi causa ablegantur Martinus Schenckius, capitaneus Thomas et Ioannes Baptista Taxius apud regem fortissimi belli duces, selecta numerosaque equitum peditumque manu

³³³ Geschrap: *quibusdam collocata, opponunt.*

³³⁴ Geschrap: *impetu magis temerario quam ratione*

³³⁵ Feith; handschrift: *amit-[= afbrekingsteken]sit*

³³⁶ Geschrap: *reliqui*

instructi. Quod cum in castris ad urbem collocatis denunciatum esset, et hostes iam quouis momento propius accederent, Holla-<153>chius atque Isselstenius cum Eilcone Onsta equitum magistro auxilijs Groninganis extra Phrisiae limites obviam procedunt, relicto in obsidione Nassouio comite et Ioanne ab Enschede cum parte exercitus³³⁷ atque aliquot agricolis e proximis pagis, ut aiunt, eo accitis. Ex agro interea Hollachium quoque cum comteatu quotidie sequebantur, ceruisiam, panes, caseos, carnes, aliaque vitae necessaria

³³⁷ Toegevoegd boven de regel.

suppeditantes. Quum ventum esset ad ericetum Hardebergense³³⁸, ibi in planicie uterque exercitus inter se colliditur, et acerrimum committitur certamen, sed fortuna magis fauente Regijs Hollachius succubuit, ac de suis quamplurimos amisit.³³⁹ Contigit hoc anno praesenti mensis Iunij die decimo septimo. Quod cum suboleret Nassouius, ille mox castris tentorijsque igne accensis tria signa militum ad munitionem Delffzylanam, septem vero intra <154> Uplachium mittit, cum reliqua parte in Occidentalem Phrisiam concedens. /71/

Tenebat tum etam et Vueddam³⁴⁰ Statuum nomine Dietericus [Sonoyus]³⁴¹, capitaneus Hollandicus. Hic eorundem Statuum mandatu in medio Buertangiae munitionem parare incooperat Groninganae urbis coarctandae causa. Sed de pugna Hardebergensi³⁴², simul et subsidio Groningano certior factus arcem Vueddam atque ipsam munitionem Buertangianam³⁴³ nondum absolutam reliquit, et simul aufugit.

Hoc modo Groningenses a praesenti obsidione tum temporis liberati sunt. Proceribus autem, siue deputatis agri, qui Hollachij atque Nassouij partes hucusque secuti erant, et eosdem quotidie ope consilioque iuuassent, magnus incessit terror.³⁴⁴ Et certe metus erat ne regius exercitus eo nomine et iam recenti victoria elatus, totum agrum incendijs atque depraedationibus deuastaret. <155> Sed melius successit, nisi quod ciues Groningani moenibus suis egressi ipsum Nienortum, arcem Vuigboldi ab Eusum,

³³⁸ Feith: *Hardenbergense*

³³⁹ Geschrap: *Fugit hoc praesenti anno*

³⁴⁰ Geschrap: *capitaneus*

³⁴¹ Feith; handschrift: *Schuoyus*

³⁴² Feith: *Hardenbergensi*

³⁴³ Feith: *Burtangianam*

³⁴⁴ De constructie van deze Latijnse zin is problematisch door zijn zowel anakoloetisch als elliptisch karakter. In de tweedelige relatieve bijzin is er een onverwachte overgang van indicatief (*secuti erant*) naar conjunctief (*iuuassent*), waarmee Phebens de zin op zijn kop zet. Hij gebruikt de conjunctief om een irrealis van het verleden uit te drukken: '(met raad en daad) zouden ze (hen) hebben bijgestaan'. Wat hierbij ontbreekt is de vereiste (voorwaardelijke) voorzin, die achterwege is gelaten. Phebens moet bij het neerschrijven van *iuuassent* iets als het volgende in gedachte hebben gehad: 'als zij niet door schrik bevangen waren (zouden ze hen met raad en daad hebben bijgestaan)'. Dat maken we op uit de slotwoorden die een voortzetting zijn van de hoofdzin: '(de aanzienlijken, of gedeputeerden van het ommeland) werden door grote angst bevangen'. Phebens speelde hier dus met twee conflicterende constructies. Om dit ontbreken van een voorwaardelijke gedachte op te vangen is aan de vertaling het (in het Latijn ontbrekende) woord [anders] toegevoegd. Zie over de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

atque alia aliorum deputatorum castella aedesque prorsus spoliarint deripuerintque, Winssemio quoque, quod ibi tempore obsidionis deputati hostesque urbis suas haberent consultationes, ibique regiam cameram constituere vellent, non omnino praeterito. In qua direptione oppidani ingentem praedam abstulerunt, et praeter eam aliquot tormenta bellica maiora solutae obsidionis tempore ibi abs hoste relicta.

Ea post regij victricibus signis institutum iter persequuntur, Coverdiamque a praesidiarijs terrore desertam ex itinere recipiunt, suaque imposita custodia confirmant. Cum itaque nihil *amplius* eos moraretur, et omnes iam viae difficultates superassent, per Drentiam recta Groningam ad optatam metam contendunt, atque ali-
<156>quot dies in pago Helpensi urbi vicino consumentes pecuniam Groninganis extorquere nituntur. Sed istud incendium in ipsis initijs, antequam in flammas erumperet, statim suffocatum est, et ipsi milites ad obsidendas munitiones hostiles in agro erectas progrediuntur. Quidam enim ad Uplachium, reliqui vero (inter quos erat cum urbano mi-/72/lite ipse Gubernator Lalaignius) Delffzylum proficiscuntur, atque hoc 23, illud vero 28 Iunij obsidione circumdant. Interim quoque vigesimo sexto eiusdem mensis ad Fischfletum ducentos ex ijs, qui Statibus merebant, milites profligant, sexaginta circiter occisis.

Tertio Iulij Uplachiani sese dedunt alimentorum inopia compulsi, atque a regijs incolumes dimittuntur. Et quemadmodum tertio³⁴⁵ die obsidionis huius prope Fischfletum, ita nunc altero deditiois intra Collumam et Docomium praesidiarij³⁴⁶ grauissime inter se con-<157>flictantur, ad septingentos partim caesis partim vulneratis.

Sub hoc quoque tempus Groningani cum vna ciuium cohorte ex urbe erumpunt, atque post multas direptiones e Damhone et Pharmsemio omnes auehunt campanas. Facti sui hanc adferebant causam, quod pro tormentis bellicis Statibus Hollandiae pignori obligatae esse dicerentur. Itane se res habuerit nec ne, nondum pro certo constare potest.

Interea Delffzylani quoque non omnino quiescebant, sed frequentes ad castra hostium fecere eruptiones. ³⁴⁷ Alijs in locis Statuum milites

³⁴⁵ Toegevoegd boven een geschrap: *altero*

³⁴⁶ Aanvankelijk schreef Phebens hier: *in praesidio erant*

³⁴⁷ Geschrap: *Extra*

suis quoque rebus intenti multa foeliciter agebant. Nam decimo septimo Iulij Meppelam idoneo loco sitam urbem³⁴⁸ in ditionem suam acceperere. Duas turmas equitum regionum in fugam praecipites dedere. Ac tandem 28 mensis Upsladium vna cum³⁴⁹ Monchezyllo <158> recuperarunt, signo quodam regis sub Sampson³⁵⁰ Pesselio militante ad Statuum partes traducto.

Hollachius interim collectis vndequaue viribus cum ingenti classe Delfzylanam obsidionem interrumpendi causa ad ostium Amazi fluminis appellit, et paulatim cum ipso maris incremento prope Delfzylum allabatur. Regij contra ad obsidionem confirmandam totis viribus contendunt, pedestribus copijs nouas aliquot equitum turmas superaddentes. Hollachius hoc animaduertens, aut fortassis aquarum penuria impeditus nihil in regio hostile vel obsessis con-/73/ducibile tentauit, sed in nauigio spectator haesit donec tandem obsessi fame necessitateque coacti se vitamque suam deditione redimerent. Quod quidem egregijs militibus³⁵¹ difficile fuit, *sed multo difficilius fami atque necessitati, quam hostium viribus resistere*. Cum itaque nulla spes subsidij laborantibus <159> superesset amplius, trigesimo Iulij³⁵² cum Lalaigio peperegere³⁵³, hac nimirum conditione ut praefectos suos Asingium Entens, Burmannium, Vlegerum Nykirchium et alios tanquam³⁵⁴ duces et antesignanos suos traderent in manus obsidentium, ipsi vita rebusque saluis libere egrederentur. Dimissis militibus, munitioneque nouo urbis³⁵⁵ praesidio firmata Lalaigius Groningam redit cum exercitu suo, alij vero Zuithornae³⁵⁶ atque Northornae³⁵⁷ commorabantur.

Intermisso haud longo temporis interuallo sex signa peditum Statibus Belgicis militantium ad Lecam prodire, caeterum a legione Phrisica quae vocatur extemplo dissipantur.

³⁴⁸ Toegevoegd boven de regel.

³⁴⁹ Geschrap: *Zyl*

³⁵⁰ Feith: *Sampione*

³⁵¹ Geschrap: *fuit, se*

³⁵² Geschrap: *hac conditione*

³⁵³ Feith: *pepigere*. Zie voor de bijzondere vorm *pepegere* Deel I, Hfdst. IV, 1. 2.

³⁵⁴ Feith: *tamquam*

³⁵⁵ Geschrap: *Groninganae*

³⁵⁶ Feith: *Zuithornae*

³⁵⁷ Feith: *Northornae*

Quarto Augusti vis tota regij exercitus Roedam Peysamque rursus concedit, cum hostibus depugnandi causa. <160> Sed non iisdem sicut antea auspicijs factum euenit: multis enim utrinque concisis, fortunam nouercam experti sunt, ac confoederatis Statibus victoriam ³⁵⁸ fuga reliquerunt; victoresque terga hostium insectando eos³⁵⁹ adusque moenia urbis Groningae repulerunt.

Dum haec ita geruntur Hollachius atque Nassouius arcem occupant Couerdianam, decimo quinto nimirum die mensis Augusti, ubi Nassouius tacto a glande tormentaria crure grauiter laesus est.

Eodem tempore Regij Aduerdianumzylum petunt, atque ibi cum hostibus commissi fuga urbem repetere coguntur.

Non multo post tempore iterum egressi in coenobio Aduerdiano sese communiunt, et inde Zuidlaram subito hostem suum fusuri totis viribus contendunt, sed dum in hac expeditione sui³⁶⁰ potius quam publicae causae curam <161> haberent, nihil perfecere. /74/

Interea Hollachius Groninganam rursus ditionem ingreditur, atque reliquis ibi sese coniungit. Et post varias sicut diximus concertationes eo res deuenit, ut omnibus viribus aperto praelio de summa rei dimicarent: quemadmodum etiam Hollachius tempore et loco designato suas copias in aciem eduxisse regiosque expectasse dicitur. Caeterum dum illi viribus suis non satis confiderent, habita cum Lalaignio (qui iam regias partes sequebatur) consultatione propositum regij mutant, atque ita utrinque praelio abstinere.

Aduentus iste Hollachianus cum tanto exercitu et quidem eo tempore non expectatus ingentem Groninganis incussit terrorem: quippe magna tum temporis erat in urbe non modo annonae et pabuli, sed rerum pene omnium caritas summaque

³⁵⁸ Geschrap: *reliquerunt*

³⁵⁹ Boven de regel toegevoegd

³⁶⁰ Feith: *suis*

penu-^{<162>}ria. Atque hoc propter copias auxiliares quibus iam inde ab obsidionis solutione ad hoc usque tempus prospexissent commeatu. Praeterea puluerem ad laxanda tormenta necessarium ferme consumpserant, et certe ita se tum habebant res Groninganae, ut nunquam facilius commodiusve urbem in suam redigere potestatem potuisset Hollachius quam ea tempestate, siquidem ad obsidendam eam progressus fuisset. Inseruiebat praeterea tantae occasionei tam numerosus et instructus exercitus, nec non et regionum (ac praecipue Germanorum militum) non leuis similtas atque commotio propter stipendia sibi a rege non soluta. *Discordia enim res maximae dilabuntur,*³⁶¹ *et nihil tam firmum inter mortales excogitari potest, cui non publicae dissensiones et dissidia pararint exitium.* ^{<163>} Qua oblata occasione, nulla maior vincendi hostem opportunitas dari potest. Verum enimvero his omnibus non consyderatis, praepostero sane iudicio militem ab urbe remouet et tantum exercitum suo atque Statuum vnitorum incomparabili damno in partes diuidit. Etenim totam legionem ad Occidentalis Phrisiae defensionem ablegat; arcem Lignensem et Vueddanam obsidione cingit, hanc quatuor signis Gallicis, /75/ illam vero integra Anglorum legione; Couerdiam porro iam antea occupatam, duobus signis militum³⁶² confirmat; in pago Slochterensi Groninganae ditionis munitionem parat, collocatis in ea duodecim signis praesidio. Denique Vuinschotae etiam et in vicino pago Beertensi equitatum disponit.

Quod sane optimam eius causam plane pessundedit, vincendique ac rei be-^{<164>}ne gerendae occasionem ei prorsus ademit. Sed quid dicam amplius? *Iratus Deus si quos ad poenam trahit hominibus primum mentem adimere solet.* Ita equidem et hic contigit. Diuiso enim ad eum modum exercitu ipse gubernator Lalaignius, quum antea ne hiscere quidem auderet, Hollachianos ita et per tam varia locorum interualla dispersos ac diuisos sine mora aggreditur. Recuperato enim iam secundo hac aestate Uplachio, inde e vestigio cum nouendecim signis peditum et equitum turmis tribus aut quatuor Slochteram contendit; sequentique die mature ante

³⁶¹ Sallustius, *Bellium Iugurthinum* 10,6.

³⁶² Geschrap: *praesidiarijs*

solis ortum munitionem aggressurus, Hollachianos iam dudum eam reliquisse cognouit. Nec eo contentus ³⁶³ *victoriam statim persequendam* putauit, atque ita continuo itinere eos etiam Vuinschotam usque³⁶⁴ insequitur.

Hisce cognitis Hollachius equi-<165>tatum suum educit, atque extra pagum instructa acie³⁶⁵ appropinquantem ³⁶⁶ hostem expectat. Lalaignius, cum ferme ad coenobium Sanctae Leae peruenisset, aliquot equites per vicinum nemus speculandi causa praemittit, qui cum Hollachianis nonnihil congressi, reque explorata ad suos revertuntur, atque ita coniunctis viribus Vuinschotam petunt³⁶⁷. Interim Hollachius sese Vueddam contulerat adductum, uti suis promiserat, maiora auxilia. Caeterum superuenientium hostium celeritate praeuentus, ad suos redire Vuinschotam non potuit. Hollachiani itaque hinc appetiti illinc derelicti, rupto post tergum ponte qui ibi forte in via erat, sese omnes fugae mandant; atque magna mehercule clade adfecti fuissent, ni sibi hoc modo consuluissent. /76/

Omnibus ita qui eo locorum erant <166> fugatis, et illi similiter qui Vueddam obsidebant vna cum alijs fugam capessunt. Dictu mirum, quo magis diutiusque fugiebant, tanto maioribus viribus atque viris aucti, animis omnino minuebantur. Ita quanto spatio hi fugiendo praecurrebant, tanto semper Lalaignius fugando sequebatur: per ipsam vero Buertangiam³⁶⁸ cum Hollachianis commixtus in postrema parte agminis multam stragem edit, tormenta aenea maiora aliquot, et viginti aut ultra signa militaria aliosque apparatus in praedam abs hoste reportat.

Neque hoc satis erat, sed eadem opera, quarto nimirum Septembris die, et arcem Lignensem obsidione liberat, Couerdiamque, paulo ante uti diximus ab Hollachio atque Nassouio occupatam, 2^o Septemb.³⁶⁹ recuperat. Praeterea vndecim signis peditum et mediocri equitum numero (quos Ioannes Stroiffius Embricensis ducebat) auctus Oldenzelam se confert, atque urbem in ipso quasi itinere <167> per deditionem in potestatem suam accepit.

³⁶³ Geschrap: *sed*

³⁶⁴ Toegevoegd boven de regel.

³⁶⁵ Geschrap: *m* aan slot van *acie*

³⁶⁶ Geschrap: *ibi*

³⁶⁷ Feith: *petant*

³⁶⁸ Feith: *Burtangiam*

³⁶⁹ 2^o Septemb.: toegevoegd in de marge.

Cognitis hisce Steenuicenses³⁷⁰ a³⁷¹ Statibus auxilium³⁷² petunt, acceptoque eo³⁷³
³⁷⁴ decimum octauum³⁷⁵ circiter diem Octobris a Lalaignio Comite Rennebergense
 Phrisiae gubernatore grauissima obsidione circumveniuntur.

Circa hoc tempus Groningae et vicinis in locis saeuissima pestis grassari coepit,
 cuius lethali contagione multi³⁷⁶ homines periere. In aere quoque tres soles siue
 parelij apparuerunt.

Interea Nienortius Statuum nomine militum praefectus cum nouis copijs
 Winsemium rursus aduenit ibi hybernaturus, munitoque hoc vico, 25 Decembris ipso
 scilicet natiuitatis Christi die, nonnullos e regio milite iam recens a Sampsona Pessel
 et Balthazaro Haller conscriptos (quos a stragulis lectorum, quales in Phrisia venales
 circumferre solent, *Deckendragers* voca-<168>bant) et tum Dammone duobus a
 Groninga miliaribus securiuscule agentes adoritur, eosque partim trucidat, partim in
 fugam actos istinc deturbat. /77/

³⁷⁷

Ad Steenuicum interim, quemadmodum inter obsidentes et obsessos vulgo fieri
 solet, hinc fossis ducendis, aggeribus erigendis, tormentisque admouendis, illinc
 portis obstruendis atque moenibus reparandis res agitabatur. Missoque³⁷⁸ ad
 dedendam urbem Tubicine, dum ex voto non responderetur, Lalaignius aperta vi
 urbem aggredi statuit, admotisque tormentis moenia, portas, turrets, molas, atque
 aedes acerrime diuerberare coepit, oppidanis contra varijs eruptionibus <169>
 hostem fatigantibus.

Interea per exploratorem oppidani hostes urbem vi expugnare decreuisse
 intellexere. Quapropter resistendi causa aenea vasa quamplurima ad ipsa moenia
 praeparandae materiae bulliendaeque aquae causa collocantur, coronis piceis, saxis,
 contis clausisque non paucis adiunctis. Ubi vero hoc modo nihil tentarent, neque
 etiam in posterum eiusmodi aliquid eos

³⁷⁰ Feith: *Steinuicenses*

³⁷¹ Toegevoegd boven de regel.

³⁷² Geschrap: *implorant*

³⁷³ Toegevoegd boven de regel.

³⁷⁴ Geschrap: *praesidio*

³⁷⁵ Toegevoegd boven de regel.

³⁷⁶ Geschrap: ••

³⁷⁷ Met grote kruisen doorgehaald: *Anno sequenti .1581. Ianuarij mensis die decimo quinto, fugatos [geschrap: stragularios] sicut diximus stragularios et iam iterum Vuinschotae sese colligentes, eo quoque insequitur Nienortius eosque penitus profligat dissipatque, octuaginta circiter interemptis, quamplurimis vero vulneratis.*

³⁷⁸ Geschrap: *Tubicine*

tentaturos existimarent, vino, cereuisiae, pani, butyro, caseo, larido, frumentis, alijsque cibarijs certum pretium imponunt, ne ab hostili vi immunes cum ³⁷⁹ rerum necessariorum caritate atque penuria et tandem fame quoque conflagere cogentur.

1581 Diximus modo de stragularijs quibusdam, uti eos vocant nonnulli, a Nienortio Dammone fugatis. Hic, anno 1581 Ianuarij mensis die decimo quinto, ante diem et alterum ad suburbium Groninganum spe sua frustratus, et insuper <170> capitaneo quodam atque aliquot militibus ibi orbatus, fugatos sicut diximus stragularios et iam iterum Vuinschotae sese colligentes eo quoque insequitur, eosque iam denuo profligat dissipatque, octuaginta circiter occisis, quamplurimis vero vulneratis.

Posthaec Nienortius in dies nouo milite adauctus corroboratusque ad 18 Ianuarij cum tota legione sua in Occidentalem Phrisiam concessit, munitione Vuinsumana mediocri militum praesidio firmata. Groningani id animaduertentes ultimo Ianuarij cum vno signo militum et aliquot equitibus Vuinsemium contendunt, munitionem ex /78/ improuiso expugnaturi. Caeterum de suis non paucis amissis, re infecta intra urbem reuertuntur.

Lalaignius interim obsidioni Steenuicensi sed magis urbis possessioni inhyabat, ut sibi quidem videbatur, ea potita, se totam Phrisiam iamiam adepturum. Nullum itaque diem praetermisit, quo non aliquid hostile attentaret, nunc tormentis et crepitantibus armis, nunc leuibus <171> ³⁸⁰ verbis et amplis promissis oppidanos ad deditionem sollicitando. Cum hoc modo nihil promoveret, denuo tormentis fulminabat. Sic, ubi diu multumque aliquando tormentis urbem diuerberasset, ter denis feruentibus pilis intra moenia extorsis, miserabile incendium excitauit, septuaginta circiter aedibus flamma absumptis. Sic non tantum candentibus pilis, sed ³⁸¹ et volantibus vocibus perniosa seditionis atque commotionis incendia ³⁸² procurauit, adeo ut quidam maleuoli de deditione verba palam proferre non erubuerint.

Interea spes aliqua futuri subsidij Ioanne Noruitio capitaneo Anglico ductore oppidanis adfulsit, cuius rumore in plebem diuulgato dictu mirum quantopere omnes recreati sint, quippe quod non solum metum ac

³⁷⁹ Geschrap: *pe*

³⁸⁰ Geschrap: *promissis, ad deditionem sollicitando*

³⁸¹ Toegevoegd boven de regel.

³⁸² Geschrap: *aliquando*

pusillanimitatem omnem deponere sed etiam medijs hostibus semet ingerere non recusarint. <172> Atque hoc modo animati varias deinceps in castra hostium fecere irruptiones, quibus non tantum multos abduxere³⁸³ captiuos, verum etiam gladio interemerunt, aggeribus atque munitionibus hostilibus euersis, tormento quodam malleis contuso, nec non et tentorijs igne accensis. Lalaignius quoque fodiendo fulminandoque omnem adhibebat diligentiam; et iam imminente subsidio a tergo atque fronte premebatur.

Vigesimo quarto eiusdem mensis die ad Campum S. Ioannis grauius utrimque dimicatum est. Angli enim subsidiarij hoc loco ita oclusi abs hoste tenebantur, ut ipsimet subsidio alieno indigerent, eo scilicet redacti necessitatis ut proprios equos mactare et comedere cogentur. /79/ Tum Nienortius e Phrisia superueniens eos a praesenti periculo liberauit, hostemque non modica clade adfectos³⁸⁴, ad suos redire coegit.

In ipsa urbe rerum omnium penuria indies crescebat, deficiente commeatu. Eius itaque hac tempestate primo descriptio, <173> mox diligens apud omnes facta est inquisitio, atque aedium ad fouendos ignes frequens destructio. Quam suam penuriam oppidani accensis e turri facibus palam ostenderunt.

Vigesimo Februarij fame necessitateque coacti oppidani frequentes admodum³⁸⁵ in curiam confluunt flagitandi panis causa, sed quia parum hoc tempore superesset, singulis pro se et familia sua frustulo concesso a magistratu domum remittuntur.

Interea iamdudum expectatum subsidium indies magis magisque appropinquauit, adeo ut propemodum castra castris, munitionibusque munitiones coniungerentur, variaequae³⁸⁶ fierent concertationes, quae saepe in modum iusti praelij ingrauescentes, non nisi noctis impedimento finem <174> habebant.

Inter eas concertationes 21 et 22 Febr. ad urbem patefacto aditu e praesidiarijs nonnulli eam ingrediuntur, atque ita anhelantem obsessorum inopiam tam diuturna liberationis mora perpessam illata copia alimentorum sustulerunt. Ac consequenter 23 Februarij ipse Lalaignius, qui iam per quatuor menses cum saeuissimo brumae

³⁸³ Feith: *adduxere*

³⁸⁴ Feith: *adfectum*; handschrift: *adfectos*. Ook op p. <238-239> wordt *hostem* door Phebens opgevat als een collectief begrip ('vijanden'), en daardoor met een meervoudig werkwoord verbonden. Het is andermaal een voorbeeld van de syllepsis, die Phebens zo graag gebruikt. Zie Deel I, Hfdst. IV, 6^p.

³⁸⁵ Geschrap: *confluunt flagitandi panis causa, sed quia parum superesset, singulis pro se ex familia sua frustulo concesso*

³⁸⁶ Geschrap: *varijs vicibus*

frigore ferocissimisque ad Sluissiam, ad Campum S. Ioannis, nec non Steenuicum hostibus frustra luctatus fuerat, clam amotis tormentis et castris suis ab omni parte incensis, urbem relinquit, non minore damno quam pudore adfectus.

Liberato ad hunc modum ab obsidione Steenuico, altero statim die copiae Statuum confoederatorum in veterem Marchiam ad expugnandas Cuneræ tempore obsidionis a /80/ Regijs ³⁸⁷ occupatae, nec non et Schlotæ Lemmeræque munitiones contendunt. Atque Nienortius cum suis ³⁸⁸ rursus in agrum Groninganum ³⁸⁹, ubi hactenus varia fortuna dimicatum erat, reuertit. <175>

Dimicationum earum a Groninganis factum est initium. Hi enim Delffzylum profecti, praesidiarijs authores fuere ut vna cum urbano milite Vuinsumanos iam, uti putabant, securos aggredierentur. Sed non, sicuti Groninganis milites, ita militibus fortuna arrisit, nam 14 Februarij

³⁸⁷ Geschrap: •••

³⁸⁸ Geschrap: s•

³⁸⁹ Geschrap: *conuertit*

Middelstemum delati, ac velitum more nonnihil cum hostibus congressi, irrito conatu Dammonem se recipiunt, e praefectis utrinque vno, e gregarijs militibus paucis amissis.

Altera luce Vuinsumani eductis aliquot cohortibus oppidanos Dammone haerentes insequuntur, vicoque omnes quotquot aderant eijciunt, fugant, dispergunt; reliquos vero Postae obsidione circumdant, et secundo Martij (Oyenbruggio cum quatuor signis militum superueniente) ab obsidione releuati, quarto eius mensis una cum quatuor istis signis Loppersemij noua obsidione a Nienortio includuntur, ac postea in ipsum templum fu-<176>gati ac capite suo Oyenbruggio orbati in maximas rediguntur angustias.

Ita inter utramque partem ludente fortuna, Ioannes Baptista Taxius cum sex signis peditum tum nauali tum pedestri itinere accelerans, nono Martij obsessos e praesenti statu liberauit, Nienortium inde fugauit, fugatumque Middelstemum usque persequitur, seque ibi ³⁹⁰ communit, quatuor signis modo a se liberatis adauctus. Quibus Nienortius militum centurias duas in templo Dornuerdano collocatas opponit. Atque hi postea varios inter se habuere conflictus.

Vigesimo quarto Martij Nienortius atque capitaneus Taxius collatis viribus ad nouam Framam iam denuo conflictantur, ubi Nienortius grauiter vulneratus est, e gregarijs vero ³⁹¹ militibus utrinque quam plurimi vulnerati.

Vigesimo nono eiusdem mensis collatis signis iam iterum congregiuntur. /81/

Decimo sexto Aprilis legio Geldrica <177> Regis Hispaniarum, postquam diu multumque per Veterem Prouinciam et alibi rapinis atque direptionibus diuagata esset, Aduerdianum Zylum petit, sed glandibus tormentorum retroacta Aduerdiae castris locum designat.

Interea 21 eius mensis die Dornuerda, postquam tormentis muralibus acerrime diuerberata ac prope diruta esset, Taxio deditur, ea videlicet conditione, ut ipsi milites vita et rebus suis saluis exirent.

³⁹⁰ Geschrap: *iacto aggere*

³⁹¹ Boven de regel toegevoegd.

Vigesimo quarto Aprilis die legio Geldrica quae dicitur Aduerdianum Zylum repetit, priorem repulsae maculam ³⁹² irruptione foelicioe ut emendaret. Caeterum, *quemadmodum praeuisa tela minus nocent*, abs praesidiarijs praecognita re, dolum dolo compensant. Nam e munitione sua et ei vicinis aedibus tam vehementi ausu in aggressores impressionem fecere, ut sine mora ³⁹³ laudem atque <178> victoriam ab hoste referrent, trecentis circiter occisis, praefecto cohortis vno et tribus signis militaribus interceptis.

Circa idem ferme tempus Stauria, Phrisiae Occidentalis vetustissimum oppidum ad littus maris meridionalis situm, foederatarum provinciarum partes amplexa est, praefecto militum N. ³⁹⁴ Dekema custodiae mandato.

Vigesimo primo Maij Nienortius Aduerdiam proficiscitur cum decem et octo signis, ac primo statim appulsu tam acri obsidione hostem ibi complexus est, ut exire vel intrare nemo ad eum posset. Quapropter 23 die eius mensis Taxijs laborantibus auxilio subuenturus suo castra Middelstemij incendit, militibusque aeris defectu mussitantibus vicinos agros diripiendos permittit, atque ita altera die vnanimi militum consensu summaque alacritate Aduerdiam petens tribus diuersis in locis obsidentes adoritur. Qui effreni, regionum audacia perterriti, <179> simulque (quod tam varijs locis castra aggrederentur) maiorem eorum numerum esse putantes, ommissa defensione terga vertunt, atque in effusam fugam abiectis armis sese conijciunt. /82/ Sic euenit, ut e militibus pauci, ex agricolis, qui forte aderant, quamplurimi occisi sint, septuaginta capti, vnico signo militari, cum aliquot tormentis campestribus, amisso.

Vigesimo octauo Maij Regij Zylum Schapalsteranum per deditionem occupant, praesidio vita rebusque saluis libere dimisso. Sed quid contigit? Regijs vix ingressis nouam habitationem atque in tranquillo omnia consistere existimantibus, ilico puluis tormentarius ³⁹⁵ in occulto positus, ³⁹⁶ cum ³⁹⁷ ex adhibito fomento ignem concepisset, dissilijt, atque hoc facto non pauci milites laesi et combusti fuerunt.

Ultimo Maij Regij Zylum Vuinsumanum, tormentorum muralium glandibus non leuiter concussum ac diuer-<180>beratum, expugnare

³⁹² Geschrap: *repetita*

³⁹³ Geschrap: *•i•*

³⁹⁴ Phebens vergist zich hier. Het gaat hier om Reint Dekema. Zie de uitleg in de voetnoot bij de vertaling.

³⁹⁵ Geschrap: *ibi*

³⁹⁶ Geschrap: *ubi*

³⁹⁷ Toegevoegd boven de regel.

nituntur. Sed ferme ducentis amissis pedem referre coguntur. Adhaec Vuinsumani quoque eruptione facta eorum quamplurimos intra moenia sua abducunt. Quarto post die repetita est oppugnatio, superatoque ³⁹⁸ a militibus ³⁹⁹ aggere praesidiarum Vuinsemium clam elapsi erant, atque hac ratione dum neminem resistentem haberent, absque sanguine triumphantes vacuum possessionem occuparunt. Elapsis tribus diebus Vuinsemium etiam oppugnant, caeterum ibi non umbras sed viros offendentes tormentis atque scloppetis⁴⁰⁰ ita excepti sunt, ut hac vice parum gloriari possent.

Porro eadem opera se ad alia etiam convertit Taxius. Receptis enim in deditionem iam dictis munitionibus, sexto Iunij flumen trajiciens, cum nouem signis Aduerdianum Zylum etiam op-<181>pugnare instituit. In hac munitione tum temporis erat nobilis quidam Schelto Iarges vnius signi Praefectus; hic ad extremum usque vitae spiritum sese defendens egregium fortitudinis et generosi animi specimen post se reliquit, atque cum eo omnes fere, quotquot aderant, fortissimi ducis exemplum secuti gladio occubere. Regijs quoque non incruenta fuit victoria, nam ex ijs quadringenti aut circiter inter expugnandum periere, et ipsemet Taxius vulnere vitam redemit. /83/

Posthaec octauo Iunij munita castra Vuinsumana, in quibus mille aut circiter viri armati erant, adoritur, sed facta ab ijs deditione, militibus liberam discedendi facultatem permittit, ipsaque munimenta, fossas scilicet atque aggeres, solo aequat. Groningani quoque non multo post egressi, ipsum vicum plane comburunt diripiuntque, portis Groningam translatis. <182>

His ita recuperatis circa Groningam munitionibus, 13 Iunij Taxius cum duabus legionibus, Geldrica nimirum atque Phrisica Collmam⁴⁰¹ usque (qui Phrisiae occidentalis haud obscurus ⁴⁰² vicus est) progreditur, atque ibi relictis nonnullis longius etiam excurrit, et prope Docomium, quia ipsam urbem validissimo praesidio firmatam tentare non auderet, vicinos agros, vicos atque villas ⁴⁰³ grassatoris in modum depopulatur. Quandoquidem vero de aduentantibus Anglis fama increbresceret, eos in hostili solo expectare noluit,

³⁹⁸ Geschrap: *facile*

³⁹⁹ Geschrap: *quod neminem resistentem haberent aggere, absque sanguine moenibus potuntur*

⁴⁰⁰ Feith: *sclopetis*

⁴⁰¹ Het handschrift is hier slecht leesbaar omdat de oorspronkelijke tekst (*Collu•*) met donkere inkt werd gewijzigd tot *Collmā* (= *Collmam*). In elk geval is de plaats Kollum bedoeld dat voorkomt als *Collum*, een enkele keer eerder als *Colluma* en iets verderop als *Colma*.

⁴⁰² Geschrap: *est(?)*

⁴⁰³ Geschrap: *depraedatur*

sed sola praeda quam ibi nactus erat contentus, ad reliquos Collmam⁴⁰⁴ atque inde maioris securitatis causa Fischfletum reuertit, omen habens quod postea euenit, ut nunc dicemus.

Octauo mensis Iulij die equites Statuum aliquot lancearij cum mediocri Anglorum manu prope Grypskerckam appulere, atque ibi nonnullis in insidias <183> collocatis sese Regijs conspiciendos dedere, quos illi magno animorum ardore aggrediuntur. Cedentibus paulatim Anglis, et⁴⁰⁵ regij iam victoriam quasi in manibus habere putarent, ex improviso in insidias praecipitantur: e quibus non pauci ferro interiire, centum et triginta in hostium potestatem venere captiui.

Sequenti die triginta signa militum Docomio soluentes ad Monchezylum nauigio allabuntur, illudque summo mane hostili vi inuadunt et expugnant, e praesidiarijs nonnullis⁴⁰⁶ /84/ fuga elapsis, caeteris peremptis. Mox circa meridiem, post aggeres latitantes, Upslachim versus tendunt,⁴⁰⁷ et forte regios Fischfleto discedentes circa Grypskerckam obuios habent, vnde grauissimum inter eos contractum est certamen, quod per tres horas integras continuatum non prius cessauit, quam regij multitudine hostium propemedum cincti ac circumventi <184> essent; tunc enim tanquam panico terrore acti, abiectis armis ad turpissimam fugam sed salutarem vitae opem⁴⁰⁸ sese contulere, per obuias quasque fossas et paludes Groningam tendentes. Neozylum etiam simili terrore destitutum militibus dereliquit Vuirbrandus a Gouten praefectus vexilli urbani, et vna cum reliquis fugam capessit; ac Statuum copiae victricibus armis ad portas usque regios insequuntur. Periere hoc praelio circiter mille fortissimi viri, centum quinquaginta capti sunt; adhaec tormenta, carri, commeatus, puluis tormentarius, pilae, glandes, arma atque impedimenta omnia a Regijs amissa.

Ad eum modum fugatis regijs militibus, Statuum cohortes aliquot Seluerdiae castra posuere. Interea fugati vna cum equitatu suo 19 Iulij ab urbe prorumpentes,⁴⁰⁹ eas castris eliminare totis viribus Seluerdiam contententibus, <185> Aduerdiani

⁴⁰⁴ Evenals enkele regels eerder is ook hier de oorspronkelijke tekst (*Collu*•) met donkere inkt gewijzigd tot *Collmā* (= *Collmam*). Bedoeld is Kollum dat voorkomt als *Collum*, een enkele keer eerder als *Colluma* en iets verderop als *Colma*.

⁴⁰⁵ Deze zin heeft grammaticaal gezien een onsamenhangend patroon: na een bijzin in de vorm van een ablativus absolutus (*Cedentibus ... Anglis*) volgt verbonden door *et* een bijzin met het werkwoord *putarent*. Beide bijzinnen hebben, zo blijkt uit de strekking van de gehele zin, een temporeel karakter, maar de tweede bijzin met de conjunctief *putarent* ontbeert een temporeel voegwoord; deze bijzin hangt bijgevolg grammaticaal in het luchtledige. Feith schreef in een voetnoot: 'Hier treffen wij een anacoluthon aan: in plaats van *et* moet *quum* gelezen worden, zal de zin goed aflopen [*sic*]'. Maar omdat de anakoloot bij Phebens een algemeen voorkomende stijlfiguur is, adviseren we (in plaats van een vervanging van *et* door *quum* (= cum)) dat de lezer na *et* een dergelijk voegwoord in gedachte neemt op grond van de teneur van de eerste bijzin. Zie over de anakoloot Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

⁴⁰⁶ Geschrapt: *nonnullis*

⁴⁰⁷ Geschrapt: ••

⁴⁰⁸ Geschrapt: *consuo*(?)

⁴⁰⁹ Geschrapt: *castris*

nituntur. At vero, praecursoribus eorum retroactis, alijs vero quoque turmatim adcurrunt, atque ita velitando, pugnando, scloppetis⁴¹⁰, bombardis, tormentisque fulminando inde usque ad alteram lucem inter se cominus atque eminus decertant. Ea vero exorta, hi Groningam, illi vero Seluerdiam in pacatum reuertuntur.

Iulij die vicesimo quinto Seluerdianorum militum turba ingens recta Groningam contendit. Regij contra ferocitatem hostis oculis intuentes, cum duabus equitum lanceatorum turmis ei obuiam procedunt, sed intolerabili glandium procella obruti, ad moenia urbis reiecti sunt, triginta captis, centum plus minus in exteriori fossae labro hostili gladio concisis.

Ultimo Iulij Statuum copiae e castris Seluerdianis ad /85/ urbem progressae Regios iam denuo in praelium euocare non destiterunt, sed illis ob recentem *cladem, quae plerumque ferocissimos etiam milites timidiores reddit*, praelium detrectantibus, oppidani magna <186> vi atque fragore in eas tormenta sua displosere, quorum continenti quasi fulminatione abactae rediere Seluerdiam.

Eodem die Statuum naues aliquot militariter instructae Reydam⁴¹¹ (quae in ijs oris maximi momenti est munitio) applicuere. Est enim haec sita in peninsula quadam longo tractu Embdam versus porrecta, ab vna parte Dullarto lacui, ab altera⁴¹² vero Amazo flumini contermina, ita ut nihil e vicina Embda Groningam nauigio perueniat, quod non per hanc munitionem, si penes oppidanos sit, summa securitate ad moenia⁴¹³ transmitti, sin vero apud hostes, impediri queat. Taceo, quod ab huius possessione, apud quemcunque tandem fuerit, totius Amazi fluminis dependeat imperium. Quam igitur ad res bene gerendas utilis erat munitio, ita cupidissime simul et felicissime ei inhyarunt, primo statim appulsu voti sui compotes facti, praesidiarijs nimirum partim occisis, partim dispersis, partim in ipsum templum coac-<187>tis, et non multo post⁴¹⁴ nauigio abductis.

⁴¹⁰ Feith: *sclopetis*

⁴¹¹ Geschrap: *appulerunt*

⁴¹² Feith: *altero*

⁴¹³ Geschrap: *sua*

⁴¹⁴ Geschrap: *in captivitate(?) abductis*

Quarto Augusti, Regij Statuum copias silentio noctis clam elapsas esse existimantes, vna cum duabus equitum turmis ab urbe Seluerdiam iter arripiunt, vacantem locum rursus ut occuparent. Quae opinio eos, uti euentus demonstrauit, non parum fefellit: aduentantes enim ita tormentorum pilis excipiuntur, ut e medio equitatus non pauci prosternerentur, et deinde ad noctis usque tenebras acerrime inter se mutuo decertarent.

Ita Statibus foederatis apud Groningam tum temporis foeliciter ⁴¹⁵ et ex voto succedebant omnia, Regijs ubique locorum cum aliqua clade recedentibus, donec tandem Franciscus de Verdugo Hispanus et Regio nomine militum praefectus (postea Phrisiae Gubernator) cum legione Gal-/86/lica aduentaret: tum enim quemadmodum *rerum omnium est vicissitudo*, vna cum duce fortuna variauit, et qui hactenus aduersam, nunc ⁴¹⁶ <188> etiam⁴¹⁷, sed⁴¹⁸ ad destinatum tempus, secundam habuere; ⁴¹⁹ qui hactenus non nisi terga hostium vidissent, iam ipsis hostibus terga dare coacti sunt, conuasatisque rebus et mox incensis castris, octauo Augusti in Phrisiam Occidentalem, tamquam ad tutissimum azvlum, relabuntur.

Interea temporis Verdugius in Phrisiam aduenit, liberataque abs hoste urbe Groninga, ⁴²⁰ vna equitum et duae peditum cohortes duodecimo die Augusti Reydam iter faciunt, ea intentione ut hostem inde e finibus profligarent. Verum sequenti die Delffzylum usque reiecti et repulsi a Reydanis, quinquaginta militum gregariorum et vnus cohortis praefecti iacturam fecerunt.

Verdugius ubi praecursores suos male conflixisse audisset, eodem die cum reliquis octo vexillis totoque equitatu suo eos

⁴¹⁵ Geschrap: *omnia*

⁴¹⁶ Geschrap: *sed*

⁴¹⁷ Wanneer Feith in een voetnoot bij *etiam* adviseert: ‘Lees: *eam* of *eandem*’, lijkt hij weinig rekening te hebben gehouden met de wijze waarop Phebens wikkend en wegend had gezocht naar een juiste formulering. Aanvankelijk had hij namelijk geschreven: <187> ... *et qui hactenus aduersam, nunc sed <188> etiam ad destinatum tempus, secundam habuere* (‘en zij die tot nu toe tegenspoed hadden, hadden nu, in ieder geval ook voor een bestemde tijd, voorspoed’. Maar in tweede instantie schrapte de kroniekschrijver het woord *sed* dat als laatste voorkomt op pagina <187> en voegde hij vervolgens een nieuw *sed* toe boven de woorden *etiam* en *ad*, tegelijk met een invoegteken. Dit gaf als eindresultaat: *et qui hactenus aduersam, nunc <188> etiam sed ad destinatum tempus, secundam habuere* (‘en degenen die tot nu toe tegenspoed hadden, hadden nu <188> ook, in ieder geval voor een bepaalde tijd, voorspoed’). Phebens gebruikte dezelfde formulering *nunc etiam* ook eerder al op p. <115>.

⁴¹⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁴¹⁹ Geschrap: ••

⁴²⁰ Geschrap: *una(?)*

subsequitur, ac decimo quinto eius mensis Reydam⁴²¹, iam tum parum munitam, primo statim impetu recuperavit. Ubi inter alios etiam Henricus Cater e nobili stirpe *Caterorum* filius illegitimus, ac Statuum nomine unius <189> signi praefectus fortiter mortem oppetijt. Multi in profluentem sese praecipitarunt, reliqui nauibus, quae prope littus ibi forte haerebant, se committentes periculum mortis euitarunt. Atque hoc quidem erat unicum tum ⁴²² temporis aufugiendi remedium.

Undevigesimo Augusti die Geldrica legio tum temporis bis mille et octingentis capitibus aestimata

⁴²¹ Toegevoegd boven het geschrapte woord: *mu(?)nitionem(?)*

⁴²² Geschrap: *aufugiendi remedium*

post sex hebdomadam per Phrisiam Drentiamque patratas rapinas atque direptiones, in Brabantiam recedit. Legio Phrisica non multo post Aduerdiae, Status vero Colmae castra metantur.

Vigesimo quarto Augusti Regij e castris⁴²³ Aduerdianis Neozylum contendunt, quod vacuum illud esse praesidio /87/ existimarent. Sed eos Neozylani ex improviso obuiantes, vnde venerant, cum damno et [ignominia]⁴²⁴ repellunt. Porro altera luce Zuethornam⁴²⁵ adeunt, interfectisque excubitoribus tria signa Gallorum caedunt, aliquos capiunt, reliquos fugant, atque ita <190> ad moenia sua reuertuntur.

Elapsis non ita multis diebus mensis, Septembris die sexto ijdem ad Marnam rursus nauigio adueniunt, atque e Regijs totam cohortem ibi in defensionem agricularum aduersus proprios milites (hoc est, defensores suos) collocatam similiter profligant, caedunt, nec non et captiuos aliquot abducunt.

Atque haec quidem omnia quantumuis leuia suam quoque gloriam laudemque inuenissent, nisi ⁴²⁶ funestissima clades subsecuta eam ceu densa quadam nebula obscurasset. Ultimo siquidem huius mensis die (cum Verdugius sese loco mouere non auderet), vniuersus foederatorum exercitus, qui quidem in Phrisia paratus erat, Guilermo Ludouico comite Nassouio, et⁴²⁷ Ioanne Noruitio Anglo, nec non et N. Vueingarto locumtenente Schnoyano⁴²⁸ ductoribus Northornam⁴²⁹ usque procedit, atque ibi instructa acie cum Regijs praelio decertat. Duces praestantissimi erant atque militari laude insignes, copiae item e robore iuventutis collectae et quam Regij duplo vel triplo maiores. Attamen <191> ut constet *victoriam a solo Deo, non ex magna militum colluue aut ducum sapientia expectandam esse, neque hostem numero minorem temere contemnendum, illi maiores licet numero minori cedere coguntur*, Taxij atque imprimis capitanei Thomae virtute et industria prae caeteris maxime elucente. Hic enim, ubi Verdugianam aciem inclinantem atque ad fugam propensam videret, ilico turmam hostium vnam a latere aciei in via quadam eius pagi collocatam

⁴²³ Toegevoegd boven de regel.

⁴²⁴ Feith; handschrift: *ignomina*

⁴²⁵ Feith: *Zuethornam*

⁴²⁶ Geschrap: *subsecuta*

⁴²⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁴²⁸ Feith: *Sonoyano*

⁴²⁹ Feith: *Northornam*

aggressus tanta vi perrupit, ut suis hoc facto commilitonibus animum, caeteris vero metum atque terrorem addiderit. Regij siquidem hac fortunae alteratione ita accensi sunt, ut multo acrius quam antea instarent, foederati vero /88/ sic attoniti, ut neque manus ad defendendum, neque pedes ad fugiendum ⁴³⁰ commouerent. Atque hac ratione illis euenit, ut passim et per totam aciem veluti pecora trucidati hostibus suis insperatam victoriam relinquerent. <192>

In hac igitur fatali pugna praeter Germanum militem ingens numerus Anglorum cecidit, tantaque facta est humani sanguinis profusio, ut ipsae fossae sanguine stagnarint, caesorumque hominum et equorum cadaueribus campi aliquot repleti sint. Fatentur ipsimet qui ex ⁴³¹ hoc praelio incolumes evasere (quamuis ⁴³² nonnulli multo plures interiisse dicant), recensitis postea militibus, de suis mille sexcentos desyderatos fuisse, et praeter eos, qui ordines ducebant, praefectos scilicet cohortium, signiferos, tribunos, aliosque id generis, ad quadringentos. Vuelingartus etiam hoc loco occubuit; Nassouius nonnihil vulneratus, Noruitius vero incolumis e tanta strage suorum, euasere. ⁴³³ Tormenta aenea maiora quinque, signa quoque militaria vigintiquinque amisere. Regij vero opima praeda ditati sunt, et quidem praeter omnis generis arma, tormenta, signa, alia bona quamplurima inde reportarunt.

Posthaec conclamatis vasis Regij Neozylum versus (ubi tria signa Statuum nomine in praesidio erant) castra mouent, atque illud <193> ⁴³⁴ tertio Octobris die non tam longa quam difficili obsidione cingunt. Quia vero propter autumnis saeuientis tempestates impossibilis esset expugnatio, expansa per adlabentem amnem maximi ponderis cathena⁴³⁵ ferrea, nauigationis usum obsessis adimere ⁴³⁶ atque ita ad deditionis necessitatem eos compellere existimabant. Interea praeparatis nauibus Status auxilia submittunt, quae 24 Octobris, vento atque flumine secundo Borea quam vehementissime impellente Neozylum aduolantia, cathenam⁴³⁷ vnico impetu perrumpunt. Atque ita ad ipsa moenia impulsus auxiliares apertis emissarijs circumiectum agrum penitus inundant, sic ut e Regijs quamplurimi submersi et intolerabili frigore necati sint. Reliqui insequentibus /89/ salsis aquis per Neozylum intromissis, Zuethormam⁴³⁸ Aduerdiamque et inde mox Haram Helpenamque procedunt, atque ibi in abigendis mactandisque <194> pecoribus, nec non et aedibus diruendis, omnes conatus suos atque vires conuertunt.

⁴³⁰ Geschrap: *habere viderentur*

⁴³¹ Geschrap: *clade*

⁴³² Geschrap: *multi*

⁴³³ Geschrap: *Reg*

⁴³⁴ Geschrap: *••m hoc, id est*

⁴³⁵ Feith: *catena*

⁴³⁶ Geschrap: *existimabant*

⁴³⁷ Feith: *catenam*

⁴³⁸ Feith: *Zuethornam*

Quinto Nouembris inde bis quatuor cohortes ad Marnam rursus hybernandi causa recedunt. Et octauo eiusdem Verdugius cum suis atque tota Phrisica legione in Tuentiam diuertit, ubi propter stipendia non soluta milites tumultuantes e praefectis suis aliquot vulnerarunt, nonnullos vero a signis abegerunt.

Posthaec sex cohortes Regiae sese ad Veterem Prouinciam convertunt, ubi incolas omnes ad limites suos defendendos palantesque copias e finibus arcendas in armis offendunt. At enim quam *semper lubricum et simul periculosum sit agricolis cum expertis militibus*,⁴³⁹ *quos fortunae suae conditio audaciores efficere solet*,⁴⁴⁰ *belli aleam subire*, haec nobis expeditio palam ostendit. Milites enim hinc fame et inopia, <195> illinc loci ubertate allecti, 22 huius mensis die, Prouinciales totis viribus invadunt, nonnullos trucidant, reliquos in fugam praecipites agunt, in proximis pagis aliquot aedes incendio tradunt, et denique nihil hostile in miseros homines hoc loco praetermittunt.

Nono aut decimo Decembris Hollandi e regijs militibus nonnullos, qui ipsum mare infestum reddere rapinis suis tentabant, in Amazo depraehensos et post multam acremque decertationem victos, tandem e nauigio praecipitantes vndis suffocarunt.

Interea manus Dei in promiscuam plebem, ciues scilicet et agricolas, incolas et aduenas, pueros et adultos, in summos simul atque infimos extensa non quieuit. Immisso enim in eos igne pestis, ab vno vulgo ad alios serpente, innumera turba, et quidem breuissimo temporis spacio, absorpta est, adeo ut in vna urbe Groningana tredecim hominum millia vitam cum <196> morte mutarint. Inter /90/ caeteros vero et ipse Gubernator Georgius Lalaignius vitae suae curriculo absoluto, post defectionis pessimae (ut supra attigimus) contra confoederatos Status Belgicos patratum flagitium, diem suum quoque clausit, et in templo ad S. Martinum a complicibus suis honorifice sepultus est, dignus alioqui tanti⁴⁴¹ et tam luctuosi facinoris mercede promerita.

Ad finem elapsi aethumni⁴⁴² (quod paulo superius annotassem) a Senatu Groningano ad hoc delectus Ioachimus Ubbena consul cum Syndico urbis legatus mittitur⁴⁴³ in Hispaniam.

⁴³⁹ Geschrap: *ferro(?)*

⁴⁴⁰ Geschrap: *haec nobis*

⁴⁴¹ Geschrap: *facinoris mercede promerita*

⁴⁴² Feith: *autumni*

⁴⁴³ Geschrap: *legatus*

1582 Anno 1582 mensis Ianuarij die vigesimo secundo Regij ad quinque signa in Phrisiam Occidentalem profecti Leouerdiam usque penetrarunt, ubi ita excepti fuere, ut desperatis rebus ad suos reditum maturarent. Ex itinere vero per eum quem transibant ditionis tractum ingens damnum dedere, agricolis misere spoliatis, eorum aedibus incensis, peco-<197>ribus, quod ea vna abducere non possent, interemptis, de suis vero militibus, qui pone sequebantur, ad Oudebornam quinquaginta plus minus amissis.

Vigesimo quinto Februarij Statuum milites aliquot, Uthusiam nauigio appulsi, ibi aedes quasdam incendunt, et inhabitatores, quos comprehendere potuerunt, captiuos abducunt. Sed ijs naues duae a Regijs vna cum captiuis agricolis ereptae sunt, militibus in continenti ⁴⁴⁴ magna ex parte occisis.

Ipsis calendis Martij, nomine Statuum vnitorum Belgij septem naues militariter instructae Amazum occupant, Groninganis terra marique bellum facturae.

Undecimo Martij eorum nonnulli qui anno octuagesimo a conciuibus suis in carceres coniecti fuerant, relaxati ex urbe aufugerunt, et praefectus carceris appraehensus⁴⁴⁵ pro ijs vicissim incarceratur. Hinc decimo septimo <198> eiusdem, adhuc viginti quatuor ciues, tanquam facti eius conscij oppido eiecti atque relegati ciuili morte plectuntur. /91/

Tertio Aprilis Neozylani munitione sua erumpentes splendidissimum simul et ditissimum coenobium Aduerdianum atque vicinos pagos, Northornam⁴⁴⁶, Zuidthornam⁴⁴⁷, Oldehouamque, iam antea a Regijs prope destructas, penitus exurunt.

Vigesimo primo huius mensis trecenti aut quadringenti e Regijs Septemsyluas adorti, praedam inde non minimam auferunt; apud Oudebornam etiam munitionem totum pagum flammis comburentes, homines atque pecora non pauca consumunt.

Eandem viam vigesimo octauo eiusdem mensis iterum ingressi sunt, sed a militibus atque incolis eius ditionis ita excipiuntur, ut amisso capitaneo uno et alijs nonnullis reliqui sese ilico in pacatum

⁴⁴⁴ Geschrap: *per(?)occisis*

⁴⁴⁵ Feith: *apprehensus*

⁴⁴⁶ Feith: *Northornam*

⁴⁴⁷ Feith: *Zuidthornam*

reciperent. Cum itaque ex hostili agro nihil auferre possent, urgente necessitate, fame atque egestate proprijs subditis Rhodensibus ad centum pecora surripiunt. <199>

Maij decimo sexto die Regij iam denuo in Phrisiam Occiduam abeunt, pecuniam, quam pagis quibusdam iam pridem imperauerant, allaturi. Verum illi ab agricolis circumventi, spoliati, trucidati, perpetuam ibi possessionem morte invenerunt, ne nuncio quidem ⁴⁴⁸ ex hisce omnibus ad suos reuertente.

Undecimo Iunij nouem signa peditum cum duabus equitum alis Rhoda iam iterum in Phrisiam profecta Occidentalem, ibi incendijs atque rapinis omnia vastarunt, ducentas et amplius vaccas praeter equos atque oues quamplurimas in praedam abducentes. Quod quidem rapiendi depraedandique cacoethes, quodammodo in naturam versum, quo frequentius eo dulcius ipsis fuit.

Ita vigesimo primo mensis eiusdem Rhoda egressi, e vicinis Septemsyluis aliam adhuc praedam abstulere.

Sic vigesimo nono inde iam iterum tota equitum peditumque manu in Occi- <200>dentalem Phrisiae partem prorumpunt, atque altera luce diuite praeda reuertentes, cum /92/ in diuisione eius non conueniret, infestis armis inter se concurrunt. In qua altercatione Praefectus signi quidam et quindecim equi ense bombardisque traiecti periere. Sic deinceps quoque res instituentes suas, latronum bella eos non puduit imitari.

Circa idem ferme tempus Praetoria nauis *HISPANICA INQUISITIO* vulgo nominata (quacum Bussutius⁴⁴⁹ Comes, aliquando nauali praelio superatus, in Statuum manus peruenit), militibus non minus quam tormentis alijsque instrumentis bellicis instructa, ad Amazum appellit, ibique subsistens ne quid e vicinis locis Groningam transportari posset, remis velisque ac totis viribus contendens.

Quarto Iulij Regij Neozylum adeunt: illud praesidio, uti putabant, non parum eneruatum in suam ditio- <201>nem traducturi, ast re infecta Rhodam, vnde venerant, pedes referre compelluntur.

⁴⁴⁸ Geschrap: *ad suos reuertente*

⁴⁴⁹ Feith: *Bossutius*

Dulcissimus praedae odor Regijs militibus semper et ubique locorum gratissimus eos quinto Iulij Rhoda iam denuo in Phrisiam Occidentalem retraxit. Hos agricolae Billenses⁴⁵⁰ viriliter repellunt, totamque praedam quasi e manibus excutiunt, quinquaginta circiter deletis. Atque equidem alij omnes vna internecone, nisi Regius equitatus illis subuenisset, ab iratis agricolis deleti fuissent.

Decimo tertio Iulij prope Steenuicum eandem rursus ditionem ingressi sunt: et inter redeundum Steenuicenses, eruptione facta, praedae cum ijs faciunt diuisionem. Quod tamen illis non bene cessit: namque ab equitibus Hispanis tumultuarie ad urbem repelluntur, nonnulli trucidantur, praefectus quidam cohortis vnus vna <202> cum militibus quibusdam captiuus Peysam abducitur.

Undeuigesimo Iulij Taxius cum suis iterum in procinctu est, munitionem quamdam limitaneam ex improviso intercepturus. Re itaque tentata et impressione facta, /93/ dum e militibus multos cadere, multos quoque vulnerari Taxius animaduertit, tactus et ipse globulo bombardae atque altero pede saucius Rhodam Peysamque cum exigua praeda ad castra reuertit.

Vigesimo quinto eiusdem mensis Verdugius et Anholdius⁴⁵¹ sua uterque cum legione, relicta Phrisia, in Zutphaniae comitatum se conuertit.

Erat per id tempus a Regijs arctissime obsessum Lochemium, quod ipsi Status maximo desyderio liberatum cupiebant, sed cum nondum vi armorum rem utpote periculi plenam tentare auderent, ad aliam conuolant auxiliandi rationem. Quinto enim Augusti cum undecim signis peditum et octo turmis equitum in Drentiam irrupentes ab arce Couerdiana Groningam usque omnes pagos, aedes, horreaque frumentis <203> plena flammis absumunt. Octauo eius mensis ad Marnam appulsi, ibi quoque incendijs omnem terram divastarunt⁴⁵², mille circiter pecoribus abductis. Horum exempla secuti Neozyllani prope Lecam Rhodae, Peysaeque incendijs atque direptionibus omnia replent, sic ut ipsi fumi per omnem terram dispersi ac paulatim ceu densissimae nebulae conglomerati ad coelum usque ascenderent. Forsan hac ratione futurum sperantes, ut regios eam iniuriam ulcisci volentes ab incepta obsidione reuocarent, sed frustra haec omnia, Regijs nihilominus proposito suo quam pertinacissime inhaerentibus.

⁴⁵⁰ Feith veranderde *Billenses* uit het handschrift in *Beilenses*, wat op Beilen zou duiden, maar dit is moeilijk te rijmen met West-Friesland. Ditzelfde probleem keert terug in <394>.

⁴⁵¹ Feith: *Anholtius*

⁴⁵² *di-* is toegevoegd boven de regel.

Vigesimo nono praenominati mensis Hollachius et Chartelettus per medios hostes vi⁴⁵³ patefacto itinere ad trecentos currus commeatu onustos intra urbem adducunt. Et potuissent illi iam cum gloria ad suos redire, si praesenti fortuna satiati castra hostium intacta reliquissent. Caeterum, *dum non necessaria attentarent, ut vulgo fieri <204> solet, sibi ipsis ultro cum summa ignominia perniciem attulere*; a Regijs, praeter ducentos, qui intra urbem peruenere, omnes cum magna caede repulsi. In hac infoelici irruptione Chartelettus apud omnes celebratissimus miles tota turma sua /94/ in hostem delatus ex media acie signum abripuit, et foeliciter⁴⁵⁴ quoque ac non sine gloria facinus absoluisset, *si vnquam felix temeritas modum inveniret*, sed eo non seruato tandem multitudine obrutus inter dimicandum occubuit. Sed Regijs quoque haec victoria non incruenta euenit, amisso Anholdio⁴⁵⁵, Ranzouio, alijsque militum praefectis non obscuri nominis.

Hac parta victoria Regij ad incoepatae obsidionis continuationem extemplo reuertuntur. Eam postea bis nouo comparato subsidio interrumpere Hollachius tentauit, bis vero cum maximo damno a Verdugio repulsus est, utrobique commeatu, quem inferre studebat, amisso. Tandem vero vigesimo secundo Septem-<205>bris ad decem millium peditum et duorum millium sexcentorum equitum a Statibus conflato exercitu, duabus primum expugnatis munitionibus, Verdugium obsidionem soluere coegerunt; qui suos statim ab urbe Grollam abduxit, sic ut ipsi Status hoc submisso subsidio non solum obsessam urbem periculo liberarint, sed etiam Brunchorstam, Keppelam et alia munita loca in suam ditionem adegerint.

Circa finem mensis Octobris in ipso crepusculo Hasseletum quoque, quod neutram partem hucusque secutum fuerat, per insidias occuparunt.

Diximus supra de Steenuicensis oppidi liberatione; illud interea Nouembris die decimo sexto sine ullo fere negotio superatur. Taxijs enim Phrsiam

⁴⁵³ Feith: *in*

⁴⁵⁴ Feith: *feliciter*

⁴⁵⁵ Feith: *Anholtio*

versus iter faciens, dum praesidiarios maxima ex parte urbe abesse et ad excursiones exiisse comperit, ex demonstratione rustici cuiusdam reperto loco ubi fossam vado transire posset, <206> silentio noctis militem suum clam intra urbem perducit, ac trecentis e praesidiarijs occisis urbe potitur, negligentia scilicet et incuria praesidiariorum amissa, quae paulo antea virtute et industria aduersus potentissimum hostem tam egregie, uti diximus, defensa fuit.

1583 Anno 1583 Ianuarij die vicesimo quarto Regij Steen-/95/uico egressi ad vicinas Septemsyluas, ⁴⁵⁶ duos pagos cum pecore totos exurunt.

Vigesimo octauo Ianuarij tribus millibus pugnatorum rursus in Phrisiam irrumpunt. Ex hisce Peyratus ductor cum alijs quibusdam, qui praecedebant, a foederatis interceptus est. Reliqui Leouerdiam usque peragrantes, quum populationibus atque incendijs totam eam oram infestassent, cum magna praeda multisque captiuis Colmam deflectunt, ex itinere Neozylum superaturi, sed gelu remittente et ipsi propositum remittunt, atque ita Steenuicum reuertuntur.

Decimo septimo Februarij consuetam viam rursus ingrediuntur, verum remissione gelu[s]⁴⁵⁷ incepto desistunt.

⁴⁵⁶ Geschrap: *ac*

⁴⁵⁷ Handschrift en Feith: *gelu*

/96/ <207>

CHRONICI RERUM IN PHRSIA ET PRAECIPUE
CIRCA GRONINGAM GESTARUM
LIBER TERTIUS.

CUM IN OMNIBUS rebus et quidem maxime in historijs, alijsque rerum gestarum narrationibus praecipua ipsius temporis siue *Tov xpovou* (unde et Chronica denominationem habent) attendatur ratio, ac modo per diuersas regiones pro huius saeculi in religione diuersitate aliam atque aliam eius supputandi rationem ac modum usurpent homines, non abs re neque proposito nostro alienum fore putauimus, si⁴⁵⁸ nouo huic libro, qui nobis hoc loco ordiendus erat, nouam quoque Calendarij proponeremus reformationem, <208> ne, dum temporum computatione ab alijs forsitan discrepemus, veritate rerum gestarum falli videamur.

Anno itaque elapso millesimo quingentesimo octuagesimo secundo *Gregorius* eius nominis decimus tertius Pontifex Romanus, missis literis per omnia regna ac ditones⁴⁵⁹ Catholicam Romanam religionem obseruantes, Calendarij Iuliani siue a Iulio Caesare quondam ordinati ac constituti tentauit reformationem. Quippe cum totus annus trecentis sexaginta quinque diebus et sex horis limitatus esset, ijsque horis aliquot deessent minuta, vnde tractu temporis horae et tandem (ab ordinatione Caesaris inde usque ad haec tempora computando) decem et amplius dies emanarint hactenus non consyderati vel expuncti, /97/ initio huius anni octuagesimi tertij totos superfluos decem dies defalcauit, ita nimirum ut ille, qui iuxta veterem et hactenus usitatum stylum esset Ianuarij dies primus, nunc pro undecimo numeraretur. Atque <209> ita praesens tempus ad naturalem ac genuinum cursum suum reuocare putauit. Id quod tandem etiam ultimo Februarij anno praesenti Groningae e curia solemniter publicatur, et secundus dies Martij pro duodecimo habetur.

Hoc igitur attendendum cuilibet in quacunque re, ubi temporis est habenda ratio, secundum nouum hunc stylum Pontificios siue eos, qui Pontificis Romani secuti sunt

⁴⁵⁸ Geschrap: *-ue*

⁴⁵⁹ Geschrap: *Romanam*

ordinationem, veterem stylum a Iulio Caesare constitutum decendio semper praecedere. Et nos eandem nouam constitutionem, uti apud nos publice receptam, in sequentibus etiam obseruabimus.

Vigesimo octauo Martij naues Belgicae aliquot militariter instructae ad Amazum fluuium appellunt, atque ibi Groninganos coarctandi causa aliquandiu in anchoris commorantur.

His ita praemissis, ad consuetas depraedationes atque rapinas cum militibus, qui nobis dicendi materiem subinde nouam administrant, cogimur reuerti, non <210> quod earum laudem ostentare queam, sed ut intestini belli fructus omnibus modis conspectiores reddam. Primum itaque sese offert Regionum sub Goutenio militantium pyratice colluies, quae circiter decimum octauum aut nonum Maij in altum deuecta nauigio non ab hostibus (uti optimus Imperator Alexander Seuerus militibus suis mandata dedit), sed a peregrinis mercatoribus ingentem abstulit praedam, et quoque non impunita euasit. Antequam enim continentem attingeret ⁴⁶⁰, ex ea quadraginta plus minus prope Oestmerhornam in mare praecipitati, et vitam et praedam amiserunt.

Decimo quinto Maij e Phrisia Occidentali sexcenti aut circiter milites in Drentiam adueniunt, eque vico Deuerensi ingenti praeda ablata, intra limites suos sese recipiunt. /98/

Die Sacramenti (ut vocant) Ioachimus Ubbena et ipse Syndicus legati Groningenses, quorum antea mentionem fecimus, ex Hispa-<211>nia domum reuertuntur, uterque equestri titulo a Rege insignitus.

Posthaec e Regijs ad duo millia militum prope Steenuicum signa coniungunt, et decimo quinto Iunij in Phrisiam Occiduam impressionem facientes, vigesimo

⁴⁶⁰ Geschrap: *pessima turba*

eiusdem cum opimo spolio ad suos reuertuntur, ⁴⁶¹ tricies millibus thalerorum a Billensibus⁴⁶² extorsis.

Vigesimo quinto priuilegia ciuitatis iam iterum a Rege confirmata ac transmissa in frequenti ciuium corona magna cum festiuitate, laetitia, tormentorumque fulminatione promulgantur.

Decimo octauo Iulij ducenti fossores, quadringentis circiter militibus stipati ad Emonis pontem emittuntur atque ibi contra excursions Neozylensium quamdam erigunt munitionem, ab Emonis ponte Emotillum postea vocatum.

Augusti decimo sexto e⁴⁶³ Regijs trecenti pedites cum centum quinquaginta equitibus ad limites agri in stationibus collocantur, incursions Statuum, <212> qui collecto ad hoc milite, omnes fructus per agrum Groninganum perdere tentabant, prohibitori. Caeterum cum magis eos attererent ipsi quam conseruarent aut defenderent, Dammonem ablegantur, atque ibi etiam suo more debachantur.

Vigesimo primo Septembris in ipso diluculo in potestatem suam accepit et simul diripuit Zutphaniam Ioan. Bapt. Taxius, idque opera militis cuiusdam gregarij qui nomine Statuum ibi in praesidio fuerat, et iam apud hostes captus a praefecto suo ibi negligebatur. Regijs itaque ex hac urbe vicinos Geldros Traiectensesque magnis quotidie damnis afficientibus, Hollachius ab Auraico emissus munitionem in vicinia urbis positam alijs contra extractis circumcingit. Caeterum non multo post tempore Taxius superueniens, fugato Hollachio, omnes eas ⁴⁶⁴ in suam accepit potestatem.
/99/

Vigesimo octauo eiusdem mensis <213> Vuigboldus ab Eusum dominus in Nienort, et Asingius Entens, relictis insulis maritimis in quibus delectus habendi causa aliquandiu haeserant, Groningana littora petunt, quibus statim ut classem applicuere, leui prius cum Regijs militibus et agricolis conflictu habito terram adepti sunt, Ioannis Peyratij qui apud hostes captus iam pridem fuerat e specie fugae dimissus,

⁴⁶¹ Geschrap: *adhaec*

⁴⁶² Feith wijzigde *Billensibus* in *Beilensibus*, wat op Beilen zou duiden. Dit is moeilijk te rijmen met de opmerking dat de koninklijken West-Friesland binnenvielen. Zie ook p. <201>.

⁴⁶³ Feith: *a*

⁴⁶⁴ Geschrap: *munitiones*

collusione adiuti. Posthaec Oterodami castra metantes, vicinos pagos cum magna frumentorum copia, qua tum ubique aedes refertae erant, igne comburunt, armenta et greges abigunt, tam viros quam mulieres capiunt, captiuisque pecunias ingentes extorquent, reliquos sedibus suis et patria expellunt, ac nihil quod in hostili agro hostes committere solent, omittunt.

Posthaec praedictum pagum altissimo vallo fossaque communiunt, aggeres⁴⁶⁵ etiam ad cohibendas aestuationes <214> maris effectos ab utroque latere perfodiunt, circumiacentesque agros immissa aqua salsa inundant.

Interea temporis Verdugius atque capitaneus⁴⁶⁶ Thomas in hanc provinciam aduenientes Damnone sese Regijs ad Oterodamum profligatis coniungunt.

Octobris die primo [Oesteruerum]⁴⁶⁷ Teuthonici ordinis domum Oterodamici, ut vicinam nimis, exurunt.

Quarto eius mensis Borchzuerum similem ob causam igne comburunt, ac cum Regijs commisti eos Pharmsemio exturbant.

Decimo et quarto post occupatum Oterodamum die Asingius Entens regios in casses suos allicere cogitans, nonnullos equites Pharmsemium usque emisit qui tumultuariam pugnam accenderent, insidiatoribus, ad quos veluti refugium sumerent, in via relictis. Sed Regij animaduerso fuco omnibus viribus in eos impressionem faciunt, dolumque aperta vi propulsant, sic ut <215> ipse Entens pro intentato strategemate⁴⁶⁸ stragem acceperit, non paucis de suis hoc tempore amissis.
/100/

Ea post decimo sexto Octobris Statuum milites aliquot ad mille pecora et nonnullos equos per pontem Ponteranum ab urbe Groningana in Phrisiam Occidentalem abducunt, ad Calendas Graecas pretium numeraturi.

Vigesimo sexto Octobris e Foederatis quinquaginta circiter milites summo silentio Steenuicum tendunt, atque ibi delitescentes commeatum omnem Groninga allatum intercipiunt, Regijs, qui securitatis causa comitabantur, pene concisis atque deletis.

⁴⁶⁵ Feith: *aggere*,

⁴⁶⁶ Geschrap: *Taxius*

⁴⁶⁷ Feith; handschrift: *Oestruerum*

⁴⁶⁸ Geschrap: *non paruam cladem*

Circa idem ferme tempus Status Oetmarsiam, regijs ereptam, suae ditionis effecerunt.

Ultimo huius mensis die Oterodamici Vuoldendorpium et Menternam Veteris Prouinciae pagos munitioni suae vicinos penitus comburunt. <216>

Vigesimo quinto Nouembris Nienortius atque Asingius Entens, communito iam Oterodamo, cum decem plus minus signis in Veterem Prouinciam irruptionem faciunt, pecuniam agricolis eo locorum imperaturi. Atque ex hisce quidam Vuinschotae in Sanctae Leae coenobio sese collocant.

Quarto post die, qui erat eius mensis vigesimus nonus, Nienortius cum militum parte Vueddam se confert, relicto Vuinschotae Asingio Entens belli socio, qui interea per Veterem Prouinciam plebem conuocat, ac quid fieri velit proponit. Idem et ipse Nienortius Vueddae agit, a vicinis Vuesteruoldanis obsides deposcens.

Interim vero de Regio milite rumor ubique increbrescit, qui cum ad aures Nienortij peruenisset, ipse cum obsidibus nonnullis ilico Vuinschotam reuertit. Sed nondum vicum eum attigerat, ecce ad proximum nemus S. Vito sacrum regij aliquotum equitum tum peditum <217> cohortes adsunt Tetone Camminga, Prengero et Deldenio ductoribus, eiusque dispersos ac sine ordine aduenientes milites partim trucidant, partim per medias aquas, qua tum omnia pascua inundata erant, in fugam compellunt; ex quibus nonnulli in ipsis aquis periere, quidam ferme frigore confecti /101/ aegerrime Vuinschotam ad socios suos peruenere. Cum autem de nocte eos aggredi tentarent Regij, Nienortius atque ipse Entens cum omnibus copijs suis iam dudum elapsi erant. Et post multas difficultates et miserias hoc loco perpessas primo Bundam atque inde Oterodamum ad suos reuertuntur, multis in ipso quoque itinere ex vulneratis frigore absumptis, qui S. Leae erant omnino [dissipati]⁴⁶⁹. Ipse quoque Nienortius et filius eius⁴⁷⁰ hoc tempore grauiter vulnerati sunt, nec multo post vitam cum morte commutant.

Ab hoc inde tempore Status terra marique Groninganos vehementius quam <218> unquam alias persecuti sunt, nullum commeatum nullasque merces illis aduehi pro viribus adnitentes, adeo quidem ut per totam etiam hyemem armatam classem in Amazo detinuerint, agris omnibus ab ea quidem parte Groningam usque inundatis.

⁴⁶⁹ Feith; handschrift: *dissipatis*

⁴⁷⁰ Toegevoegd boven de regel.

1584 Decimo tertio ineuntis anni praefectus quidam signi Gallicus cum aliquot expeditis Oterodamum versus tendit hostem in planiciem plecturus, qui quidem voti sui compos factus est, sed plurima cum parte militum interiens infoelicis⁴⁷¹ suae temeritatis poenas luit.

Interim Verdugius e⁴⁷² Velua, quam sibi modo tributariam fecerat, in Phrisiam reuersus, sexto Martij Zutphaniam recedit. Hanc enim urbem viginti octo peditum et aliquot equitum turmis vna cum Hollachio et filio suo Guilielmo obsidebat Ioannes Nassouiae comes, e regione urbis in ulteriore Issulae ripa amplissima extracta munitione, et tormentis admotis. Ver-<219>dugius itaque cernens eam non facili negotio liberari posse, solum se hostibus opponere atque ita rem omnem in discrimen vocare ausus non fuit. Missis autem ad Parmensem literis, is ingentem ilico equitum peditumque manum Arenbergio comite ductore, auxilio mittit. Atque ita Nassouius et Hollachius inceptam obsidionem soluentes, Regijs ingrediendi potestatem concedunt, et illi, qui in munitione erant, vita bonisque conseruatis, egrediuntur. /102/

Vicesimo secundo Aprilis ab Oterodamicis Vueyuerda atque Heuenscha, munitioni vicini pagi, flammis consumuntur.

Tertio Maij milites nonnulli ex vicina⁴⁷³ ad occidentem prouincia per Drentiam prodeuntes suburbanos campos misere denudant, sexcentis et amplius vaccis bobusque praeter equos abductis. Clausae adhuc erant portae cum facinus designaretur; ijs vero apertis Groningani cum ducentis expeditis sclopetarijs⁴⁷⁴ ac viginti equitibus, citato cursu⁴⁷⁵ insequuntur, sed dum assequi eos⁴⁷⁶ non valerent, iter <220> abrumpunt, paucis exceptis qui, cum nouissimos ex agmine carpere studerent, cum caede atque vulneribus domum recedunt.

Quinto huius mensis etiam Methusia a praesidiarijs Oterodamicis in cineres redigitur, flammis exusta.

Erepta ad eum modum Groninganis⁴⁷⁷ (uti diximus) per Oterodamicos⁴⁷⁸ et classem Belgicam⁴⁷⁹ negotiatione omni atque nauigatione, illi⁴⁸⁰ hoc anno per Veterem prouinciam fossam naualem magnis impensis atque labore effodi

⁴⁷¹ Feith: *infelicis*

⁴⁷² Geschrap: *versus ex ea*

⁴⁷³ Geschrap: *pro*

⁴⁷⁴ Feith: *sclopetarijs*

⁴⁷⁵ Geschrap: *eos*

⁴⁷⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁴⁷⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁴⁷⁸ Geschrap: *atque*

⁴⁷⁹ Geschrap: *Groninganis*

⁴⁸⁰ Toegevoegd boven de regel.

curant, quo scilicet commodius⁴⁸¹ omnia et praecipue ea, quae per ipsam Burtangiam terra adueherentur,⁴⁸² Groningam peruenirent.

Verdugius etiam contra Phrisios orientales expeditionem suscipit, eo potissimum consilio ut vias suae ditiois posthac tutas conseruarent, quo Groninganis liberior esset ultro citroque commeandi mercandique potestas. Cum autem agricolas ibi ad limites suos defendendos in armis inuenisset, paululum regressus in Ascanij vico subsistit. Tandem octauo Maij Vueddae res componitur, <221> Edzardo comite Orientalis Phrisiae et fratris eius Ioannis legatis ibi praesentibus, viarumque securitatem promittentibus. Interim vero Oterodamici haud procul a Lierortio atque Oldersemio centum quinquaginta boues a Groninganis coemptos intra moenia sua transportant.

Duodecimo Maij e regio milite circiter mille iam denuo in Occiduam Phrisiae oram sese convertunt, sed praeter /103/ aliquot captiuos inde abductos, nihil ad suos retulerunt, aut perfecerunt⁴⁸³ memorabile.

Tertia Iunij Oterodamici Finserwoldam exurunt; a Miduoldanis vero⁴⁸⁴ et vicinis pagis propter pecuniam nuper Vuinschotae promissam obsidem impetrant, Regijsque aduenientibus recedunt, et 20 eiusdem Petersburam quoque Marnae pagum incendio perdunt.

Ad finem usque huius mensis Orientales vias⁴⁸⁵ ex pacto, uti diximus, tutas conseruarunt, quoad tandem vix tuti ipsimet in proprio solo consistere possent, Oterodamicis iam non tantum in hostes <222> sed hosce etiam arma convertentibus. Atque hoc modo a pacto Vueddae cum Verdugio inito paulatim recessum fuit, viaeque et flumina sicut antea rapinis atque depraedationibus rursus exponuntur.

Anno praedicto, die decimo mensis Iulij, a Burgundione quodam glande bombardae traiectus moritur Delftae illustrissimus ac pientissimus princeps Auracae Gulielmus a Nassau, foederatorum Statuum nomine Gubernator generalis, et in locum eius sufficitur Mauritius filius aetate iuuenis admodum, sed indole patris simillimus.

⁴⁸¹ Geschrap: *ea quae*

⁴⁸² Geschrap: *pe*

⁴⁸³ Geschrap: *laudabile*

⁴⁸⁴ Boven de regel toegevoegd.

⁴⁸⁵ Boven de regel toegevoegd.

Undecimo Iulij Neozylani⁴⁸⁶ centum circiter equites et pedites ducenti prope Aduerdiam allapsi, sexaginta agricolas eius loci ac quingenta pecora, vaccas scilicet atque boues, recedentes secum abduxerunt, ita tamen ut de suis etiam nonnullos amiserint, ab irata rustica turba concisos.

Sic decimo quinto etiam ab Oëstenio atque Honetillio⁴⁸⁷ iumenta omnia quae potuere in praedam abducunt. <223>

Trigesimo huius mensis foederatorum Statuum quinque cohortes peditum et duae equitum Steenuicum versus tendunt, atque ibi duos pagos, haud procul ab urbe sitos, submisso igne in cineres redigunt.

Mensis Augusti vigesimo quarto die praesidiarij Oldenbornenses in Occidua Phrisia, Drentiae vicum Deueram nomine cum duobus alijs ei vicinis incendunt,

⁴⁸⁶ Feith: *Neozylam*

⁴⁸⁷ Feith: *Houetillio*

eorum pecora abducunt, et (ut Groninganos frumentatione frustrarent) /104/ ne sementem facerent, eos suspendij poena proposita coercent.

Sequenti die rursus e Grolla Drentiae permultas vaccas, oues, atque boues subducunt. Ita miseri homines, nunc ipsis hostibus, nunc amicis atque socijs praedae fuere, curae nemini. Regij qui Nienortij Noricaeque stationem habebant, ut sibi portionem praedae acquirerent, eos nonnihil insecuti sunt, sed praeter vulnera nihil inde retulerunt.

Initio Septembris Regij ad duo millia partim Zutphania, partim Groninga procedentes idoneo loco signa coniungunt, <224> Hasseletum ex improviso superaturi, sed irrita existente conatu Gelmudam petunt et exurunt. Inde Mastebrocam praedatoria manu invadere volentes, conspectis ubique ignibus, ne incauti ibi circumvenirentur, intra limites sine mora revertunt.

Sexto decimo huius mensis centum quinquaginta equites atque aliquot Scloppetarij⁴⁸⁸ Statuum vnitorum ex orientali Drentiae parte ingentem praedam abripiunt. Verum enimvero *nihil tam certum esse tamque vicinum, quod non repentinus aliquis casus intervertere queat*, proprio exemplo didicere. Etenim raptores Regij a Steenuico obuiantes, raptoribus hisce omnem praedam quasi e manibus excutiunt, sexaginta occisis.

Vicesimo sexto Verdugius ingenti militum manu et tormentis aliquot instructus Oterodamum tendit, atque illud ab utroque⁴⁸⁹ latere extracta munitione coarctat. Qua occasione acerrime utrinque est decertatum, et non tantum e gregarijs militibus Verdugianis, sed e capitaneis, ductoribus fossoribusque eius multi vitam amisere. <225>

Decimo Octobris die Martinus Schenckius post structas Hasseleto insidias et iam detectas cum milite suo in vicinam Drentiam aduenit.

Vicesimo quarto eiusdem Neozylani colonos non paucos cum suo pecore Gernuerda, Feruerda, sequentique die Elderuolda etiam, captiuos secum abducunt. /105/

Vigesimo septimo Regij qui⁴⁹⁰ Reydae in praesidijs erant, ingentem atque adeo incredibilem commeatus aliarumque rerum, quas intra moenia Oterodamum deferre volebant, praedam consequuntur.

Ne quid igitur Oterodamensibus deesse posset eo damno illato, Nouembris die quinto naues aliquot milite atque commeatu confertas et onustas

⁴⁸⁸ Feith: *scloppetarij*

⁴⁸⁹ Geschrap: *extracta munitione*

⁴⁹⁰ Geschrap: *Oterodani*

Oterodamum rursus appellunt. Verdugianique hoc et sequenti die contra eas dirum intonuere, ita ut perforatis tormentorum vi ipsis nauibus tres ad imum submergerentur. Quartam vado allisam incendio perdiderunt, atque ita redeuntes eadem opera etiam promunitiunculam quandam Oterodami occuparunt, quam tamen fulminatione obsessorum continua et acerrima relinquere coacti sunt. Posthaec Oterodamenses quo tutiorem stationem nauium haberent immensis laboribus et impensis portum nouum effodi curant.

Vigesimo sexto eiusdem etiam mensis Verdugio adhuc aliquot et ni fallor decem signa subsidio venere, Pharmsenijque aliquandiu castra tenuerunt.

Agricolae quoque eodem hoc anno aquarum impetum ab Oterodamicis illatarum, aggere quodam Vaeiuerda Vuagenbergam usque perducto, inhibere conantur.

1585 Anni⁴⁹¹ 1585 initio regij milites nonnulli inscio capitaneo suo Ioanne Peyratio ad moenia Oterodami irruptionem facientes, ea (si perrexissent) leui negotio superassent. Caeterum ille re animaduersa eos ab incepto ilico reuocauit. Forsan non satis fuisse arbitratus, quod hostem ab initio non repulisset, nisi eum etiam hoc loco munitum, inturbatum relinqueret. Atque ita recedentes milites duas naues ibi in portu haerentes igne comburunt. <227>

Circa idem tempus Regij ad septingentos numero naues aliquot pecunia pannoque⁴⁹² et alijs rebus onustas, quae Oterodamum tendebant, aggrediuntur, et post multam dimicationem, capitaneo suo capite orbato alijsque quamplurimis amissis ac vulneratis, earum sex potiuntur. Illa /106/ vero, quae pecuniam pannumque vehebat, cum ipsis commissarijs sua celeritate euasit.


Februarij die vndecimo naues bellicae, cum iam per vnicum mensem abfuissent et interim libere omnia Groningam deferrentur, ad Amazum redeunt, nauigationis usum (ut antea) omnibus modis prohibentes.

Duodecimo Februarij ingens fuit perturbati maris cataclysmus, adeo ut ruptis vndique aggerum repagulis omnem terram fluctibus [operiret]⁴⁹³. Apud

⁴⁹¹ Feith: *Anno*; handschrift: *Anni*, maar aanvankelijk *Anno*

⁴⁹² Geschrap: *onustas*

⁴⁹³ Handschrift en Feith: *operiretur*. Bij de vertaling wordt uitgegaan van *operiret* in plaats van *operiretur* uit het handschrift en bij Feith. Handhaving van *operiretur* zou betekenen dat de 'geweldige overstroming het land opwachtte' wat vreemd is. Phebens gebruikt het werkwoord *op(p)erior* (= 'opwachten/wachten op') met een object wel correct in <368> *ibi Auracum operitur* (daar wacht hij Oranje op'). Wil men *operiretur* handhaven als passief van *operio* (= 'bedekken'), dan zal men het subject aan moeten passen (*omnis terra* i.p.v. *omnem terram*). Als actieve vorm komt *operire* (= 'bedekken') verder niet voor in de kroniek. Wel gebruikt Phebens voor de passieve vorm de samengestelde vorm *cooperire*: <92> *ager noua inundatione cooperitur*, en: <262> *pascua aquis cooperiuntur*.



Kroniek, pagina 228 (Groninger Archieven).

Oterodamum quoque ex Regijs nonnulli in summo periculo fuere, et nisi abs hoste suo adductis nauibus liberati fuissent (cuius solius post Deum beneficio incolumes <228> euasere), omnes hac terribili voragine maris absumpti tristem animam sub undas evomuisent. Capti et liberati simul hostibus amicis dato lutro, hoc est vnus mensis stipendio, ad suos ^{postea} remittuntur.⁴⁹⁵

Sexto eius mensis, qui a Marte nomen habet, Verdugius atque Taxius collectis vndique e praesidio militibus Deuerae ad duo millia virorum et quingentos convocarunt, qui ad Septemsyluas progressi munitionem quondam, ibi iam recens a Statibus erectam, expugnare et evertere satagebant, sed eos sua opinio fefellit, re infecta hac tempestate recedere coacti.

Vigesimo secundo die Martij Statuum quingenti aut sexcenti milites ⁴⁹⁶ ad Marnam appulere, et post acerrimam cum Soltcampianis habitam dimicationem Veerhusiam, Vuarffhusiam, Marslachtamque cum alijs duobus aut tribus vicis funditus comburunt. Reneveldus autem trium vel quatuor

⁴⁹⁴ Boven de regel toegevoegd.

⁴⁹⁵ Dit is de enige plek in het handschrift waar de auteur, of Ubbo Emmius of enig ander lezer in de marge met een wijzend handje aangaf dat deze passage opmerkelijk is, wellicht aange-moedigd door de woordkeuze van de beschrijving van de ongewone situatie.

⁴⁹⁶ Geschrap: *M*

cohortium praefectus Nienorto illis occurrens omnes vna strage delere velle videbatur, sed quamdiu hostes ibi⁴⁹⁷ subsisterent, flumen transire ausus non fuit; ijs vero di-<229>gressis traiecto flumine maiore incolas damno quam ipsimet hostes affecit, ne minimum omnino ibi relinquens.

Initio Maij Occidui duce Nassouio Slyckenbergam Septemsyluis vicinam et damnosam admodum munitionem capiunt, aggere ipsius tormentorum vi propemodum dis-/107/iecto, subsidio autem Regio seriuscule et quidem post traditam munitionem adueniente.

Eodem mense Verdugius siue Taxijs post occupatam Rechteram Ruthebergamque arces Transissulanas, die vigesimo quinto et Schulebergam quoque occupat, captiuis vna cum ipso vexillo Groningam abductis.

Hoc anno infoelici fato quidam in scenam prodijt, qui excogitato strategemate⁴⁹⁸ urbem Groninganam occupare Statibus promiserat. Groningam itaque adueniens ingentem ibi numerum caseorum coemit, quos suo tempore mercatorum more auehere simulabat, reuera nihil aliud quaerens <230> quam eorum adminiculo praedictum facinus committere. Interea septimo Augusti Nassouius, Comes a Moërs, atque capitaneus Schenckius cum sexcentis aut (ut quidam volunt) mille ducentis peditibus, ac ducentis equitibus Noricham⁴⁹⁹ Drentiae aduenit⁵⁰⁰, habitaque cum praesidiarijs velitatione altera die Nienortum⁵⁰¹ versus tendens Tolberti atque Nyeberti castra locat, re ex voto Groningae succedente urbem e propinquo aggressurus. Verum interceptis literis ultro citroque missis proditio detegitur, captoque authore atque internuncijs Nassouius⁵⁰² in Phrisiam cum suis revertit. Proditor⁵⁰³ decimo septimo eiusdem mensis capite primum truncatus, postea in quatuor partes secatur⁵⁰⁴,

⁴⁹⁷ Boven de regel toegevoegd.

⁴⁹⁸ Geschrap: *Statibus Belgicis*

⁴⁹⁹ Feith: *Noricam*

⁵⁰⁰ Men zou hier in plaats van het *aduenit* van het handschrift en Feith *adueniunt* verwachten. De zin heeft een meervoudig onderwerp: 'Nassau en de graaf van Meurs etc. ... komen', maar Phebens lijkt iets als: 'Nassau komt samen *met* de graaf van Meurs etc.' in gedachte te hebben gehad. Ook voor het vervolg van de zin is deze gedachte bepalend. Het is een voorbeeld van een syllepsis: zie Deel I, Hoofdstuk IV, 6/q.

⁵⁰¹ Feith: *Nienortium*

⁵⁰² Geschrap: *cum suis*

⁵⁰³ Geschrap: *post*

⁵⁰⁴ Feith: *secatus*

partes vero patibulis affiguntur, caeteri virgis caesi ex urbe dimittuntur. Praefecti aliquot Nassouiani hac in re quasi aurigarum munere functuri, ficto habitu fucatoque colore incogniti, aufugiunt.

Decimo octauo Augusti Taxius Groningam venit, mille circiter militibus, quos e Sallandia praedatores adduxerat, <231> Steenuici relictis. Hi vigesimo secundo huius mensis cum sexcentis equitibus peditibusque nonnullis aucti recta Collum tendunt, ubi sors concesserit illis, hybernaturi. Caeterum a limitaneis quibusdam militibus atque colonis reiecti cum exigua praedula e Phrisia recedunt.

Vigesimo octauo die Octobris, relicto Steenuico Verdu-/108/gius cum suis cobortibus in Geldriam contendit, Isselortanam munitionem haud procul ab Arnemo in confluentia Issulae ab obsidione Statuum, qui eam densissima [militum]⁵⁰⁵ manu et triginta tormentis [premebant]⁵⁰⁶, liberaturus. Sed cum in tempore non adueniret, quod rerum omnium est miserrimum, tertio facta irruptione iamdudum expugnata erat, quadringentis e praesidiarijs Hispanicis interemptis.

Calendis Nouembris Hollandi, in Amazo (sicut diximus) versantes, classem Hamburgensem Bremensemque sexaginta <232> circiter nauium, cum mercibus suis Embdam tendentem, in Hollandiam auertere nituntur. Embdani itaque rem animaduertentes, eos ilico viginti duabus bene instructis nauibus insequuntur, et post acerrimam dimicationem Hollandi illam Embdanis rursus, sed ea conditione ne quid Groningam asportarent, permittunt.

Vicesimo Nouembris Verdugius cum complicibus suis Groningam redit, quia Status ipsi reginae Angliae auxilio atque ope Veluae possessionem in Regiorum maximum detrimentum recuperauerant.

Eadem die mane Ioachimus Ubbena consul Reipub. Groninganae ad ducem Parmensem, qui nunc Antuerpiae degebat, proficiscitur a Groninganis ablegatus.

Vigesimo primo Decembris Anglicae simul et Hollandicae naues bellicae Amazum rursus occupant, ita ut iam nihil Groningam transportari posset.

1586 Ante annos aliquot maximam partem Occidentalis Phrisiae tributariam sibi red-
<233>diderat Franc. de Verdugo, sed quia in pendendo tributo ex illis quamplurimi
vel moram traherent vel soluere omnino recusarent,

⁵⁰⁵ Handschrift: *milicum*


⁵⁰⁶ Feith. handschrift: *prebant*

vigesimo tertio Ianuarij anno octuagesimo sexto cum quatuor millium tum equitum tum peditum manu in eam irruptionem facit, Oesualdo⁵⁰⁷ comite Montense et capitaneo Taxio ductoribus. Erat tum temporis Hagae Comitum eius provinciae gubernator Nassouius: re igitur ad ipsum delata laborantibus auxilio venire tentabat, sed difficultate glaciei retardatus /109/ in tempore adesse non potuit. Interim Verdugiani, multis locis peragratis, Vuorckenum, Hindelopum, aliaque loca iam occupauerant, quinque pagis igne consumptis; ac remittente gelu, dum propositum iter abrumpere coguntur, aliquot agricularum turmas sibi obuam factas in ipsa via prosternunt; [progressisque]⁵⁰⁸


⁵⁰⁷ Feith: *Oswaldo*. Het gaat om graaf Oswald van den Berg.

⁵⁰⁸ Handschrift en Feith: *progressique*. Deze zin is in de editie van Feith nodeloos problematisch. Hij luidt in het handschrift als volgt: <233> /109/ ... *Interim Verdugiani, multis locis peragratis, Vuorckenum, Hindelopum, aliaque loca iam occupauerant, quinque pagis igne consumptis: ac remittente gelu, dum propositum iter abrumpere coguntur, aliquot agricularum turmas sibi obuam factas in ipsa via prosternunt: progressique nonnihil, in pago quodam, quem Buxum incolae vocant, acerrimum committitur proelium, in quo e Nassouianis circiter <234> quingenti sexaginta octo aut circiter occubuerunt, e Regijs pauci sed inter eos Oesualdus Comes Montensis, et Henricus Deldenius vnus signi praefectus.*

De editie van Feith negeert de beide dubbele punten na *consumptis* en *prosternunt*. De dubbele punt heeft bij Phebens vaak de waarde van een puntkomma in onze tijd. Dit leesteken brengt een krachtiger scheiding aan tussen de woorden en gedachten dan de komma. Feith zette beide dubbele punten om in komma's, waardoor niet langer duidelijk is welke plaats *ac remittente gelu* en *progressique nonnihil* in de zin hebben binnen het geheel en hij beschouwt *dum* als bepalend voor zowel *abrumpere coguntur*, *prosternunt* als ook *progressique*. Feith negeert eveneens het feit dat in het handschrift van Phebens de dubbele punt na *prosternunt* extra sterk is aangezet over een eerder geschreven komma heen. Phebens heeft na zijn correctie van de komma door een dubbele punt verzuimd om *progressique*, dat door zijn ingreep syntactisch in de lucht hangt, aan de nieuwe zinsstructuur aan te passen. In de nieuwe editie zijn daarom niet alleen de beide dubbele punten weergegeven door puntkomma's, maar is ook het woord *progressique* gewijzigd in *progressisque*. Het wordt daarmee aan het begin van het nieuwe, derde zinsdeel tot een ablativus absolutus met eenzelfde functie als de twee eerdere (*multis locis peragratis* en *remittente gelu*) aan het begin van de twee eerdere zinsdelen. En er ontstaat daarmee een symmetrie in de zinsopbouw, die Phebens niet vreemd is.



Kroniek, pagina 233 (Groninger Archieven).



Kroniek, pagina 234 (Groninger Archieven).

nonnihil, in pago quodam, quem Buxum incolae vocant, acerrimum committitur proelium, in quo e Nassouianis circiter <234> quingenti sexaginta octo aut circiter occubuere, e Regijs pauci sed inter eos Oesualdus⁵⁰⁹ Comes Montensis et Henricus Deldenius vnus signi praefectus. Captus est etiam in hoc praelio Steno Maltha, locumtenens siue legatus Nassouianus. Caeterum, quia iam antea missionem impetrauerat, a rege Daniae domum reuocatus, a Verdugio quoque liberaliter tractatus dimittitur.

Posthaec in ipso agro atque urbe Groningana ingens fuit annonae caritas.

Vigesimo secundo Martij naues Belgicae iam nunc aliquandiu Nessae ob glaciei difficultatem retentae ac constrictae, e regione Delffzyli anchoras figunt. Tanta scilicet erat reprimendi Groninganos cura atque diligentia, ut quoque saeuissimae hyemis pericula [non]⁵¹⁰ reformidarint.

Vicesimo octauo eiusdem mensis Fr. de Verdugo Senatui⁵¹¹ Groningano atque deputatis agri in curia collectis oblata commissione ei a rege data, in gubernatorem eius prouinciae acceptatur.

Nono Aprilis triginta equites regij Couerdia Groningam aduenientes ex hosti- <235>bus nonnullos, qui captiuam agricolarum cateruam ducebant, apud Roldam trucidarunt.

⁵⁰⁹ Feith: *Osualdus*

⁵¹⁰ Ontbreekt in handschrift; Feith: 'hier is het woordje *non* uitgevallen'.

⁵¹¹ Feith: *Senatu*. Feith veranderde *Senatui* in *Senatu*, omdat hij meende dat de zin *Senatu ...atque deputatis... collectis* moet worden opgevat als een ablativus absolutus. Ook voegde hij daarom achter *Verdugo* en achter *collectis* komma's toe die in het handschrift niet voorkomen. Maar voor Phebens hangen de dativi *senatui* en *deputatis ... collectis* af van *oblata*. In het handschrift staat slechts achter *data* een komma, wat een aanwijzing is om dit woord met *missione* te verbinden!

Vigesimo octauo Maij Neozylani ducenti aut circiter, praedatoria manu [Gernuerdam]⁵¹² Feruerdamque progressi, colonos inde permultos cum suo pecore abducunt.

Eiusdem mensis die vigesimo primo Ioachimus Ubbena, Ioannes Vuyffringius consules Groningani vna cum abbate Aduerdiano legati iam denuo ad Parmensem ablegantur. /110/

Septembris duodecimo die ingens extitit maris aestus, ita ut ruptis aggeribus terrisque inundatis non solum Oterodamenses sed plures alij in summo aquarum discrimine versarentur.

Nonis Octobris Dux Parmensis cum ingenti equitum peditumque manu, relicta Gohra, Ligniam allabatur, in cuius vicinia sex aut septem millia virorum a regina Angliae conscripta commorabantur, quos loco deturbare putabat. Sed dum ad illius aduentum se non commoverent, praeter rapinas militares ibi nihil design-
<236>nauit, sed recta Berckenium reuertit, ubi Angli feliciter multa gerebant, Doesburga nimirum urbe atque alijs munitionibus deuictis.

1587 Anno 1587 die vigesimo nono Ianuarij praefectus Hibernorum Guilielmus Stendlius, qui a comite Lycestrio Statuum et reginae Angliae nomine Dauentriae collocatus erat, facta cum Taxio conspiratione ⁵¹³ militem eius inscijs ciuibus intromittit. Atque ita a Statibus alienata ciuitas Hispanicae gubernationi iterum subijcitur, et postea non solum spoliata bonis, sed etiam dirutis aedificijs ad extremam ruinam deuenit.

Saeuientibus ita, ut supra dictum est, Phrisijs occiduis vel potius vniuersis confoederatis Statibus, tandem mense Februario huius anni agricolae Groningenses, armis atque vigilijs quibus aliquandiu vacassent pertaesi, in sui suorumque bonorum securitatem a Nassouio publicam fidem (quam vulgo saue guardiam vocant) impetrare coacti sunt. Quod quidem ab incolis occidentalis tractus in agro Groningano iam <237> propemodum desolati inceptum et mox ab Anabaptistis propagatum lapsu temporis et alij per universum territorium imitati sunt homines, ac tandem omnes vici atque pagi: adeo ut illi etiam qui in suburbijs, imo qui intra ipsius urbis moenia habitarent (siquidem peregre negotiari

⁵¹² Handschrift en Feith: *Geruerdam* (vgl. echter op p. <225>: *Gernuerda*)

⁵¹³ Geschrap: *inscijs*

vellent) dato aere eam sibi comparauerint. Iam igitur utriusque partis continuis exactionibus tota prouincia exhauriri, iam primum ipsius ciuitatis atque agri magnificientia decrescere, iam opes atque diuitiae omnes, tam vniversitatis quam singulorum hominum, consumi, iam miseria miseriae cumulari, atque in dies magis magisque augeri coepit. Atque id vel eam ob causam maxime, quod (dum agricolae apud hostes ciuitatis, et hostes vicissim inter agricolas tuti essent) oppidani nusquam tuti existere possent.

Diximus iam antea de aggere <238> Vuyuerda Vuagenbergam usque perducto, sed quia hic plane inutilis esset, et ad omnem impetum aquarum sustinendum invalidus, ipso mari quotidie inundatis agris Groningam usque excurrente, ut huic quoque malo in tempore occurreretur, valde laboratum est. Hoc itaque anno circum Oterodamum et quidem per vastissimos fluctus aquarum novus agger designatur, quem a forma sua semilunam dixere, ab utroque latere Oterodami cum veteri aggere connexam atque consolidatam. Incoeptum hoc opus est ut temerario sic pessimo quorundam consilio non patriae sed sibimetipsis salutari, immensis ⁵¹⁴ sumptibus, intolerabilique subditorum labore et grauamine, sed parum fausto successu, nam quicquid terrae vel cespitem adhibebatur, statim mare fluctibus divulsit suis et in nihilum redegit. Igitur vel hoc nomine reprehendendi auctores, quod non solum contra hostem, qui idipsum quoque armis prohibebant, sed et contra naturam ipsam pugnare attentarint.

Decimo quinto Maij quadringenti e Regia cohorte milites cum scalis, pontibus, aliisque instrumentis noctu Neozylum adeunt, munitionem tot modis sibi, uti diximus, infestam expugnaturi. Verum enimvero *tela praeuisa non tantum minus nocent, sed uulgo in auctores retorqueri solent*. Id quod hoc loco ita euenit: detecto enim consilio exitus non modo frustraneus sed quoque exitialis fuit, aggressoribus ipsis cum magno damno reiectis, occisis, vulneratis, atque omni instrumento nudatis.

⁵¹⁴ Geschrap: *sum*

Legati Groningenses Ioachimus Ubbena atque Vuyffringius e Brabantia domum reversi, vigesimo Augusti urgente /112/ necessitate vna cum alijs duobus iam denuo ad Parmensem ablegantur.

Nono Septembris Verdugius metu Statuum, qui prope Zuollam signa <240> colligebant et iam magni aliquid moliri videbantur, militari manu Couerdiam contendit. Interea hi relicta Zuolla Meppam Vuestphaliae oppidum, ad Amazi fluminis ripas situm (decem equitibus primum occupata porta, et mox alijs insecutis) in suam redegerant potestatem, atque magnam ibi mercium Groningensium nacti sunt copiam. Verdugius vero et eius Achates Taxius Haselunnae⁵¹⁵ ac vicinis in locis castra locarunt.

Vigesimo octavo Septembris turba militum e Phrisia Occidentali in agrum Groninganum aduenit, et coenobium Vuytuerdanum cum vicinis alijs praedijs comburunt, praedam perexiguam auferentes.

Tertio Octobris e Reydanis vicissim circiter quadringenti in Phrisiam Occiduum irruunt, exustoque vno pago ditionem eam inviti et ante praedam relinquere coguntur.

Circa idem ferme tempus Taxius in Galliam recedit. Qui Meppae erant milites,⁵¹⁶ non multo post accepto a Monasteriensibus aere (a Verdugio per Tuentiam deducti) Zuollam etiam reuertuntur. <241>

1588 Anno 1588 paulo ante festum Paschatis magna pars eorum, qui se duce Nienortio Oterodami collocauerant, traiecto Amazo Bettuerae haerebat, moenibus suis egregie nudatis. Quod cum Verdugio innotesceret, illuc quam celerrime mittit Fridericum Comitem Montensem, qui omnes Bettuerae in templum fugatos militibus suis circumcingit. Caeterum illi, dum obsidionem tolerare non possent, pacta salute se tradunt arbitrio Comitum, qui eos non solum vita⁵¹⁷, sed etiam aliquot cupis ceruisiae Groninganae donatos Oterodamum nauigio libere remisit, non sine collusionis nota et suspitione⁵¹⁸, cum ea oblata occasione ipsa quoque moenia Oterodamica expugnare potuisset.

⁵¹⁵ Feith: *Haselunae*

⁵¹⁶ *Qui Meppae erant milites*; in marge toegevoegd; geschrap: *Status quoque*

⁵¹⁷ Geschrap: *donauit*

⁵¹⁸ Feith: *suspicionem*

Hoc anno, [quemadmodum]⁵¹⁹ etiam ante annos duodecim aut /113/ circiter ingens <242> copia grandinis, insolitae magnitudinis, oui gallinacei instar⁵²⁰ coelo decidit, quae in multis locis Phrisiae immanem attulit calamitatem. Nam ipsam segetem, in qua omnis spes agrorum haerebat, misere confregit, fenestras vitreas innumeras contudit et excussit, tanta equidem vi, ut volucres in aere pendentes fractis alis longe lateque in terram deciderent.

Hic annus, astrologorum praedictionibus e multis saeculis celebratissimus, vere mirabilis in omne aeuum memorabitur. Nam ut caetera omittam, hoc tempore insignis illa regia classis contra Belgas adornata interiit. Ac praeter insignes tres luminum obscuraciones siue ecclipses^{521,522} praeter atrocissimorum bellorum vndique grassantium motus rerum mutationibus valde insignis fuit, potentissimis etiam principibus omnino

⁵¹⁹ Feith; hs: *qmdm* (met een afkortingslijntje boven *mdm*). Deze afkortingsvorm ontbreekt in Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979).

⁵²⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁵²¹ Feith: *eclipses*

⁵²² *hoc tempore insignis illa regia classis contra Belgas adornata, interiit. Ac praeter insignes tres luminum obscuraciones siue ecclipses*; in marge toegevoegd. Zie voor de spelling van *e(c)clipses* Deel I, Hfdst. V, 3.

fatalis. Qui enim a multis temporibus Henrico Valesio Galliarum regi eximij ac quasi iurati amici fuerant, Henricus scilicet dux Guisius et frater eius cardinalis, qui simul cum ipso rege in reformatorum omnium necem conspirauerant, Nauerraei⁵²³ regis nuptijs horribili caede funestatis, qui eodem foedere (sanctam Ligam vocabant) sibi iniucem deuincti erant, hi, inquam, propter suspicionem adfectati regni atque diadematis ex tantis et tam arctissimis amicis atque confoederatis infensissimi regis hostes facti sunt. Atque ita quaesita per dissimulationem occasione, hoc anno 23 Nouembris die, quasi ad regni administrationem in aulam accersiti a rege, ambo interficiuntur. Porro Nauerraei⁵²⁴ regis fidelitatem iam sero licet intelligens rex eum omni amore atque beneuolentia sibi rursus deuincit. Dictu mirum est: qui alterius vitae et fortunae⁵²⁵ antea insidiabatur, eius iam tutelae et fidei, vitam et fortunas committit; qui alterum oppidis atque munitionibus suis deijcere satagebat, eum nunc totius regni legitimum successorem et haeredem declarat. Qui antea tanquam hostes in opposita acie stabant, uti commilitones castra iungunt, communibusque viribus communem hostem /114/ persequuntur. Atque hoc modo, agnationis iure, noui foederis vinculo corroborato, consentientibus animis rem administrant, donec tandem iuxta comminationem altissimi simili morte necem ipsius Guisij rex expiaret, a monasticae sectae, quam hactenus

1589 vehementissime tutatus erat, viro interfectus. Anno scilicet 1589 die Aug. mensis primo.

Insignis haec per Gallias facta mutatio Statibus Belgicis commodissime accidit. Siquidem rex Hispaniarum, Pontifex caeterique Ligistae, si pontificiam dignitatem tueri, si sibi⁵²⁶ suisque rebus consulere vellent, ⁵²⁷ totis viribus in ipsum Nauarraeum⁵²⁸ reformatum principem, publica procerum acclamatione pro rege Galliarum salutatum, belligerare cogebantur. Quod ipsis Belgis egregiam rei gerendae, <245> uti postea apparebit, occasionem suppeditauit.

⁵²³ Feith: *Nauarraei*

⁵²⁴ Feith: *Navarraei*

⁵²⁵ Geschrap: *iam*

⁵²⁶ *si sibi*,: in marge toegevoegd.

⁵²⁷ Geschrap: *totis*

⁵²⁸ Feith: *Nauarraeum*

Eodem anno Enno filius Edzardi Comitis Phrisiae Orientalis per insidias paruo sodalities stipatus occupat Stickhusiam, arcem patris sui Ioannis. Caeterum eius plane momentanea fuit possessio, nam re in iudicium delata Camerae Imperialis decreto spoliatus Comes ante omnia restituitur.

Mensis Martij⁵²⁹ die 20⁵³⁰ potiti sunt Occidui munitione Emotillana, auctore Guilielmo Comite Nassouiae. Usus ad hanc rem dicitur peculiari naui, cuius supremitati, quasi quatuor malis, innitebatur tabulatum eo modo confectum ut intus caperet aliquot armatos, qui admota ad vallum naui, ita desuper in eos qui⁵³¹ hanc munitionem seruarent, eiaculabantur, ut se nusquam ibi in tutum recipere, neque armis suis uti ullo modo possent. Capto autem Emotillo, illud postea quasi latibulum et azylon⁵³² multarum rapinarum ac depredationum extitit, cuius Groninganis eo nomine et praecipue propter boues et equos, quos quotidie e pascuis abigebant, valde damnosum.

Circa hoc tempus prope Oterodamum in pago quodam, quem Dallinguerum vocant, spectrum apparuit per aliquod tempus, sub specie perexigui pueri ac puerulis solis, non /115/ senibus (propter peccata uti dicebat) se ostendit, ac sub congerie lapidum vel cespitum aliaque maceria latitans, iisdem responsa dedit, cibum ab illis accepit, et multa, quae aliquando futura essent, praedixit; omnia ne ita contigerint nec ne me latet, in multis sane rem acu tetigit. Quod mirum videri non debet, nam ut est longo rerum usu et experientia edoctus Sathanas, ita in multis futura argute colligere ac praedicere potest. <247> Futura autem praedicere facile potest, ubi nimirum ex certis coniecturis causisque naturalibus aliquid certi etiam abs homine aliquando colligitur. Porro interest secretis hominum consilijs, quae, consyderatis circumstantijs, quas optime nouit, qualem sortientur eventum, facillime diiudicare potest. Interdum Dei

⁵²⁹ *Mensis Martij*, veranderd uit: *Mense Martio*

⁵³⁰ *die 20*: in marge toegevoegd.

⁵³¹ *eos qui*: toegevoegd boven de regel.

⁵³² Feith: *asylon*

in puniendis hominum peccatis est executor; igitur et illa, quae exequenda ei sunt, ut nouit, ita, si velit, praedicere potest. Alia autem, et quae solius Dei arcano iudicio subsistunt, prorsus ignorat. Quicquid sit, hoc certe constat, quod spiritus omnino mendax existat, et pater omnium mendaciorum. Interim tamen vera interdum praedicat, ut postea ei etiam falsa dicenti credatur, atque ita homines deludat et in errores perducatur. <248>

Hoc quoque anno 21 Martij⁵³³ Nassouius Delffzylum oppugnat, adhibitis miro artificio ad hoc confectis instrumentis, quibus portam infringerent sui, sed *consilio eventus non respondit*. Frustratus hoc loco in ipso statim crepusculo et Reydam similiter nauigio allabatur, sed quia nocturnae tenebrae iam cessissent, et ipsa dies omnem discuteret fallaciam, ibi similiter repulsam patitur. Paucis interiectis hebdomadis, expugnata primum munitiuncula Schuacense, tanta vi Reydanos adoritur, ut illi tandem quarta aut quinta post die et tormentorum bellicorum fulminatione, et nauium multitudine consternati deditionem pararint. Qua facta, ipsi milites cum armis atque signo suo iure belli libere dimittuntur. Regij interea in itinere erant, obsessis ut subuenirent, sed dum <249> *serius [aduentarent]*⁵³⁴, superata iam /116/ abs hostibus munitione nihil attentatur. Nassouius igitur data opportunitate eam indies magis magisque, aedificijs nouis extractis, amplioribusque moenibus erectis, contra omnem impetum validissime confirmat.

Post haec sub ipsum autumnum Allardus Clant nobilis et patricius Groninganus relicta patria et uxore sua cum quadringentis siue quingentis⁵³⁵ et ultra militibus, quos proprio aere conscripsisse dicitur, in Phrsiam occidentalem proficiscitur, Statibusque eius ditionis suam operam promittens ibi aliquandiu commoratur. Tandem, nescio qua ratione

⁵³³ 21 Martij: in marge toegevoegd.

⁵³⁴ Het Latijn in het handschrift en dat bij Feith luidt hier: *sed dum <249> serius aduentant, superata iam /116/ abs hostibus munitione nihil attentatur*. Maar in deze beschrijving van de gebeurtenissen heeft *dum* niet een temporele, maar de causale betekenis die het bij Phebens heeft in zinnen met een conjunctief van de tegenwoordige of verleden tijd. Om die reden is *aduentant* in deze nieuwe editie gewijzigd in *aduentarent*. Zie voor het bijzonder gebruik van *dum* Deel I, Hfds. IV, 2 (s.v. *dum*).

⁵³⁵ Geschrap: *militibus*

vel quo consilio factum, siue quod ei non satis fiderent, siue quod ipsius tanquam tyronis et rei militaris imperiti opera <250> non indigerent, vel alioquin inuidia nobilium, cum suis nauigio dimissus in Amazo aliquandiu haeret, post Rehnam adit, atque eo locorum se continet tantisper donec tandem, collectis a Franc. de Verdugo militibus, inde deturbaretur. Quo facto, nauis se rursus committit, et secundo flumine circa Oldershemum delatus ab incolis pro iusto pretio sibi commeatum concedi postulat. Quod cum illi denegarent, tamque iniustae denegationi etiam conuitia⁵³⁶ adderent, erumpentes milites eos vi adoriuntur, ingressique vicum aedes omnes diripiunt, et quod iam antea⁵³⁷ pretio denegabatur, id nunc ferro patefacta via gratis consequuntur, insuper praeda perquam opima ditati. Tandem eius militem suscipiunt Occidentales, reliquisque signis pro augmento inserunt. <251>

Amisso Emotillo et Reyda praecipuo portu Groningano, Dux Parmensis Verdugio insignem militum tam equitum quam peditum manum auxilio mittebat, quae Schenckio duce prope Lyppiam misere dissipata est, pecunia, quam in solutionem stipendiorum Groningano militi adferrent, tota amissa. Accessit hisce⁵³⁸ et aliud non minus malum, nam 20 Octobris die ipsum quoque Soltcampium expugnat Nassouius, alterum quasi propugnaculum maritimum portumque Groninganum, caesis in eo non paucis militibus ex /117/ cohorte Tetardi Herema.⁵³⁹ Hanc igitur⁵⁴⁰ et caeteras omnes munitiones, quibus in ipso territorio Groningano potitus est, Indies magis magisque communit corroboratque; et tam in Veteri Prouincia, quam in reliquo toto agro Groningano praeter <252> menstrua tributa ad multa millia aureorum a subditis extorquet. Suos vere, ne Regijs tributorum nomine quicquid persoluerent, prohibet, eo scilicet aere ad sui defensionem maiora

⁵³⁶ Feith: *convicia*

⁵³⁷ Geschrap: *iusto*

⁵³⁸ Geschrap: *malis*

⁵³⁹ Geschrap: *Porro et*

⁵⁴⁰ Toegevoegd boven de regel.

subsidia comparari posse autumans. Hoc enim melius esse multo⁵⁴¹ quam suo aere hostium vires confirmare.

Cum tot ut dictum est munitionibus spoliarentur Groningani, et proinde multa quotidie hostilia, insidias, rapinas, depraedationesque experirentur, syndicus Reipublicae Guilielmus Sant in Brabantia haerebat, a duce Parmense opem petiturus, sed quia is rebus Gallicis nimium occupatus esset, et Guisianis siue Ligistis ut vocant contra Nauarraeum⁵⁴² adsistere cogerebatur, in praesentiarum quidem praeter egregia promissa secu-
<253>tum est nihil. Tandem vero crescentibus vndique ciuium tum querelis, tum indignationibus eo res deuenit, ut ipse Gubernator Franc. de Verdugo aliquot signa Germanorum et circiter mille Hispanos a Duce Parmense impetrauerit, eosque ex varijs locis praesidijsque collectos.

1590 Aduenere hi sub ingressum anni 1590 Mense Ianuario et sequenti ac post vario itinere in hac ditione circumacti sunt, nunc abeundo, nunc redeundo, sursum deorsumque cursitando, in maximum certe damnum omnium agricolarum, in hostem vero vel eius detrimentum actum est nihil. Interea tamen Nassouius non quieuit, verum circiter 7 Februarij locum quendam <254> iam antea munitum, nunc vacuum (Stophas vocant accolae) iterum munire incipiens, aggere circumuallauit.

Sequente nocte in aëre frequentissima visa sunt chasmata, aspectu admodum terribilia, quae vehementissimam eius anni et sequentis siccitatem praenunciarunt.
/118/

Posthaec 18 Februarij nonnulli ex Germanis et Hispanis praedictam munitionem iam pridem a Nassouio reparatam oppugnare tentant, caeterum cum magno suo damno repelluntur, nonnullis interemptis, quamplurimis vero vulneratis. Sequentibus itaque diebus aliquot ex urbe aduehuntur tormenta, quod tum propter ipsum gelu et anni siccitatem factu difficile non fuit. Quibus visis obsessi se⁵⁴³ ilico de-
<255>dunt, et ad suos libere

⁵⁴¹ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁴² Feith: *Nauarraeum*

⁵⁴³ *se* otbreekt bij Feith.

dimittuntur. Porro 2 Martij Hispani quidam circa Petersburam nauis quadam⁵⁴⁴ potiuntur, omnibus qui in ea fuerant interemptis.

Hoc mense visus iam denuo est Cometa, exiguus quidem ille, sed qui sicut praecedentes multa quoque mala portendit, quae e vestigio secuta sunt innumera, et inter caetera non leuissima.

Sequenti mense Emotillani quinquaginta quinque⁵⁴⁵ aut circiter ex regijs militibus, qui sub Blanckemeiero stipendia merebant, capiunt et captiuos secum intra moenia sua abducunt.

Sub finem eiusdem mensis Fridericus Comes Montensis a Gubernatore Verdugio cum mille⁵⁴⁶ quingentis <256> militibus in Phrisiam Occidentalem mittitur, propter moram in pendenda contributione commissam. Peragrarunt hi fere totam⁵⁴⁷ plagam Occidentalem, multaque animalia secum abegere. Sed Phrisij interim, effossis vijs et aquis ex mari immissis, ita agrum omnem inundarunt, ut vix elabi possent. Praedam vero omnem amisere. Adhaec *dum alterius fortunis inhiant, sua [ipsorum]*⁵⁴⁸ *periclitantur, et quae in potestate habebant, ea amittunt.* Nam interea 2 Maij Nassouius Stopas quas diximus rursus expugnat, ac vallum solo aequat.

Posthaec ipse Gubernator Verdugius maiorem adhuc militum manum ex Germanis, Gallis, Hispanisque collectam in Phrisiam adducit, et 15 Iunij, Emotillum aggreditur. Ad quam rem conficiendam Groningani, [quemadmodum]⁵⁴⁹ illorum intererat, <257> ita eum commeatu, tormentis, pilis, puluere, aliisque rebus necessarijs copiosissime instruebant. /119/ Interea Hispani quasi cuniculos agentes per effossos terrae meatus ad ipsa fere hostium moenia pertingunt, atque inuicem pro virili insidiantur. Tandem 20 Iunij, omnibus quae ad oppugnationem opus erant rite compositis, summa vi in eos laxantur tormenta, adeo quidem, ut si ita perrexissent, breui temporis spatio ipsa moenia solo aequata fuissent. Fracto itaque nonnihilo aggere et ipsa porta, militibusque nonnullis interfectis ac vulneratis, contra

⁵⁴⁴ Geschrap: *ab(?) host*

⁵⁴⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁴⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁴⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁴⁸ Handschrift en Feith: *sua ipsius*. Na *inhiant* zou men echter *sua ipsorum* hebben verwacht, en niet *sua ipsius*, dat gevormd is naar analogie met het eerdere *alterius*.

⁵⁴⁹ Feith: *quemadmodum*; handschrift: *qmdm* (met een afkortingslijntje boven *mdm*). Deze afkorting ontbreekt in Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979).

Praefecti voluntatem et hostium opinionem dato signo arma abijciunt, seque tradunt arbitrio Gubernatoris Verdugij. Facta deditione hic vitam omnibus donauit, reserua-
<258>to sibi Praefecto eorum Gerrit de Iunge. Quantum ad praedam attinet, praeter caetera ingentem ibi nacti sunt regij commeatum cum tormentis ferreis magnis duobus aut⁵⁵⁰ tribus.

Post diem et alterum abductis copijs circa Uplachium munitionem suam Verdugius castra locat, atque ut hostibus, qui Neozyllum tenebant, nauigationis usum praescinderet, per ipsum amnem, qui moenia Neozyllana [praeterfluit]⁵⁵¹, ducendo aggere siue via, totam aestatem consumit.

Nassouius interim collectis etiam aduersus Verdugium et Hispanos militibus ad suae prouinciae limites defendendos tutandosque Collum usque obuiam illi progreditur, et ibidem castra metatur, aduentu Comitum Oberstenij quingentis equitibus et mediocri peditum numero corroboratus. Atque ita a longe⁵⁵² inter-
<259>dum quasi velitando congregientes maximam anni partem consumunt. Ad iustum praelium vel pugnam, quo alter alterum vel superare posset, vel loco deturbaret, deuentum non est. Ac licet semper aliquot e regio equitatu ipsum Neozyllum circum equitarent, ne qua per ipsas nocturnas tenebras commeatus adueheretur, interim⁵⁵³ tamen omni genere alimentorum a Nassouio instruitur.

Interea temporis, post interdictam clero habitationis /120/ securitatem, per vniuersum territorium Groningense nomine Statuum edicitur sub poena incendij et bonorum amissione, ne quis posthac ciuibus Groninganis vel alicui de Clero annuos suos redditus vel debitum ullum persolueret, sed ea omnia in manus Statuum deferret. Feuda et beneficia qualicumque ea <260> essent, nec non et agros, siue eos in emphyteusin, siue locato haberent, ab eis acciperent,

⁵⁵⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁵¹ Feith: *praeterfluit*; handschrift: *praeterluit*

⁵⁵² Feith oppert in een noot bij *a longe*: ‘*e longinquo* (?)’. Toch is deze aanpassing onnodig: de uitdrukking *a longe* komt honderden keren voor sinds Hyginus (zie Library of Latin Texts s.v. *a longe*).

⁵⁵³ Geschrap: *cum*

illisque canonem et mercedem quotannis ⁵⁵⁴ persoluerent. Quae cum ita publicata essent, continuo a magistratu Groningano grauissima poena denunciatur omnibus, qui eiusmodi mandatis obtemperarint. Ac praeterea, si quid alijs solutum fuerit hoc modo, illud veris proprietarijs aut creditoribus obesse non debere.

Ab ipsa deditioe Emotillana, quam parum in re militari ⁵⁵⁵ promotum fuerit, modo attigimus. Caeterum quod hucusque peccatum est otio, illud maturescente iam messe, summo labore et diligentia, sed in secandis trituranisque frumentis, et mactandis pecoribus, non suis, non hostium, sed miserorum subditorum grauiter compensatur.

Anno eodem 1590 sub nundinis Couer-<261>dianis equites nonnulli, qui a quatuor manicis *Viermouwen* dicti sunt, aliquot ciues Groninganos ceperant. Hi ⁵⁵⁶ circiter 14 Augusti rursus per Drentiam adueniunt, et prope pagum Harensem rusticos aliquot, qui frumenta Groningam adueherent, intercipiunt. Quod cum ad Gubernatorem in castris rumore delatum esset, ilico emissis equitibus, illos persequitur ⁵⁵⁷, et ita duobus aut tribus occisis reliquos (quorum quadraginta tres aut quatuor numero erant) captiuos secum in castra adducunt ⁵⁵⁸. Post paucos dies iure belli dimittuntur. ⁵⁵⁹

<262> Circiter 20 Augusti ingens in mari tempestas oritur, vnde maxima pars Phrisiae aquis inundata est. Frumentum et foenum, quod ea anni parte vulgo in agris existit, a fluctibus omnino dissipatur, pascua aquis cooperiuntur, adeo quidem, ut propter pabuli utpote graminis foenique /121/ defectum multi in summam redacti sint angustiam. Regius etiam exercitus⁵⁶⁰, qui circa Upsladium tentoria fixerat, aquis cedere ac alibi in tutum se recipere compellitur, multis ac praecipue pueris mulieribusque militum ea tempestate pereuntibus. Quidam igitur Northornam⁵⁶¹ petunt, Hispanorum pars maxima in Drentiam se con-<263>fert, atque ibidem et per totam ditionem Groningensem varie circumuagati ipsis agricolis intolerabilia damna intulere. Quae cum ita fierent,

⁵⁵⁴ Geschrap: *percipiunt*

⁵⁵⁵ Geschrap: *utrinq*

⁵⁵⁶ Geschrap: *sub*

⁵⁵⁷ Geschrap: *cur at(?) . vix ad arenam Deuerensam peruenerant, qui(?)••• eos assequuntur.*

⁵⁵⁸ Geschrap: *equit(?) - - ac – tentis.*

⁵⁵⁹ Geschrap: *Hac aestate Groningae et vicinis in locis magna fuit lupuli inopia et caritas adeo ut eius generis modius vnus qua-<262>tuor thaleris et alibi quatuor et dimidio venditus sit, cum vulgo semithalero aut certe non multo pluris emi soleat. Neque hoc solum, sed praeter eam pecuniam etiam precibus extorqueri oportebat.*

⁵⁶⁰ Dit woord ontbreekt bij Feith.

⁵⁶¹ Feith: *Northornam*

rustici varijs in locis, data potestate, se illis opponunt. Et quidem sub finem eius⁵⁶² mensis, dum ⁵⁶³ ad abigenda pecora suo more adueniunt, protinus aliquot villae Drentiae conspirantes eos fere omnes trucidant. Quod ubi detectum est, Hispani ad tredecim pagos igne absumunt, et effossis cadaueribus [alligatoque]⁵⁶⁴ his eius loci [Praetore]⁵⁶⁵, et hunc et alios vna secum in quadrigis auehunt. Secuti in hoc exemplum Macrini et Mezentij, Hetruscorum tyranni, de quo ita canit poeta:

*Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus et⁵⁶⁶ oribus ora.⁵⁶⁷*

Tantas concussiones, tantam truculentiam, <264> tyrannidem ac saeuitiam hoc tempore experti sunt miseri homines, ut equidem satius fuisset his mortis angores subire, quam tantis miserijs excarnificari. Ita enim se gessere, ut non immerito dubitari possit an pro amicis, an vero pro inimicis habendi essent. Certe maior clementia synceritasque⁵⁶⁸ in ipsius etiam agri⁵⁶⁹ hostibus quam in ijs, qui et amici et defensores esse volebant, inuenta fuit, quamuis etiam et illi sui obliti non sint. Caeterum si *quid atrocius abs hoste fiat, illud quasi iure belli admissum putatur, ab amicis autem amica semper expectantur; si secus fiat, amicitiae ius violatum est. Tantoque foedius aestimatur, qui non in hostem, non in extraneum, sed in amicum*

⁵⁶² Boven de regel toegevoegd.

⁵⁶³ Geschrapt: *aliquot ex illis*

⁵⁶⁴ Handschrift en Feith: *alligatumque*. Zie de uitleg bij de volgende noot.

⁵⁶⁵ Handschrift en Feith: *Praetorem*. In plaats van het binnen de zincontext moeilijk te begrijpen *alligatumque his eius loci Praetorem* van het handschrift en Feith gaat de vertaling uit van de conjectuur [*alligatoque*] *his eius loci [Praetore]*, dat als ablativus absolutus logisch volgt op de voorafgaande ablativus absolutus *effossis cadaueribus* waarmee het inhoudelijk verbonden is en dat logisch aansluit op het vervolg: *et hunc et alios ... auehunt*.

⁵⁶⁶ Feith: *atque*

⁵⁶⁷ Vergilius, *Aeneis* 8,485-486.

⁵⁶⁸ Feith: *sinceritasque*

⁵⁶⁹ Feith zag het Latijn van deze zin – *Certe maior clementia synceritasque in ipsius etiam agri hostibus quam in ijs, qui et amici et defensores esse volebant, inuenta fuit ...* – graag anders geformuleerd. In een voetnoot schrijft hij: ‘*ipsius etiam agri*, zoo staat er duidelijk. Men zou verwachten: *in ipsis extraneis et hostibus*’. Dit zou als vertaling opleveren: ‘bij juist vreemden en vijanden’.

et socium (cui alioquin omnia bona deferenda essent) quis crudelis et iniquus reperitur. /122/

Hoc anno Miduoldae rursus appa-^{<265>}ruit spectrum quoddam superiori non admodum dissimile, nisi quod hoc sub specie puellae, illud sub forma maris apparuerit. In modo apparitionis, responsionibus alijsque operationibus, cum eo, quod praecessit, omnino conuenit. Sed nos, omissis his Sathanæ praestigijs, institutum nostrum persequemur.

Dictum est supra de edicto illo prohibitorio Statuum Phrisiae: illud hoc tempore quacumque oblata occasione, abductis monasteriorum, sacerdotum, ciuiumque Groningensium colonis, pecoribusque eorum, executioni mandarunt. Atque ita 15 Septembris ex Soltcampio, Oterodamo, et Reyda egredientes in agrum Groninganum longe lateque excurrunt, et tum ob hanc causam, tum ob non solutam contributionem, nec non et aggeris illius, qui Weyuerda Wa-^{<266>}genbergam perductus erat, refectionem, quam illi sub poena incendij prohibebant, quinquaginta plus minus captiuos e diuersis pagis, ut erant Loppersum, Wirdum, Enum, Rypa, Santha, Leermensa, Godlinsa, Lossdorpio, Spica, Berumque, et toto illo tractu secum abducunt, atque ad sedecim domus igne absumunt. Ex his maximo damno affectum est Enum, in quo solo octo aedes frumento repletas incendunt; in ipsa Rypa vna cum aedibus suis sacerdotem eius loci comburunt. His ita perpetratis se ilico ad naues suas recipiunt, et postea toti clero pro viribus insidiantur,⁵⁷⁰ iam hunc, iam illum in vincula abripiunt. Adhaec iam denuo ab agricolis Groninganae ditionis praeter quotidianum censum ad triginta aureorum ^{<267>} millia deposcunt. Non hic de alijs prouincijs, nempe Oldampta, Westerwolda et ea quam het guede Recht vocant⁵⁷¹, sermonem instituo, quae etiam non semel, data aeris grauissima summa, misere excoriatae et nudatae sunt.

Ob hanc igitur causam et istas, ut dictum est, incursiones ac depraedationes hoc anno multae in multis locis a Regijs eriguntur munitiones,

⁵⁷⁰ Geschrap: *nunc*

⁵⁷¹ De woorden, *ea quam het guede Recht vocant*, zijn door Ubbo Emmius met een andere kleur inkt doorgehaald, en verbeterd in: *territorio Syloense*. Deze lezing is door Feith overgenomen.

quaedam etiam collapsae reparantur restauranturque, adeo ut praeter moenia Sta- /123/tuum in circumiacente agro Groningano triginta aut quadraginta numeratae sint munitiones. Sed nihil aut certe parum illud profuit, siquidem nihilominus illi pro libitu in clerum et oppidanos saeuire, grassari, <268> per totum agrum circumuagari et excurrere ⁵⁷² non desierint, miserosque homines etiam e tuguriolis suburbanis noctu abduxerint. Adeo ut etiam ciuibus ipsis, si qui portis egrederentur, insidias struere, eos obseruare, circumuenire, vi doloue ab ipsis moenibus abstrahere et secum abripere conati sint. Sed quid de his efferam plura, quum in hoc miserrimo rerum statu per totam hanc ditionem ne a proprijs quidem militibus in⁵⁷³ via quis tutus esse posset? Atque hoc quidem sub praetextu hostium, qui ab eo tempore, quo Groninganae ditionis incolae saue guardiam⁵⁷⁴, ut vocant, a Nassouio impetrauerant, ad hunc usque diem eo locorum tanto securius vagabantur, quod nemo eos prodere, indicare, vel nudare auderet.

Circa autumnum huius anni in agrum Groninganum aduenit Hermanus⁵⁷⁵ comes Mon-<269>tensis cum sex signis peditum circa Cloppenbergam conscriptis (eius scilicet sortis quos *dekendragers* vocatos antea diximus), eosque Dammone et Pharmsemij in hybernis collocauit. Quod cum ad Nassouium delatum esset, memor ille cladis ante aliquot annos a Nienortio in eiusdem sortis ⁵⁷⁶ nonnullos eodem loco commissae, idem et in hosce experiri statuit. Atque hoc nomine ⁵⁷⁷ eo ablegat Casparum ab Eusum, filium Nienortij⁵⁷⁸, et alios quosdam mediocri militum manu instructos. Sed cum *praeuisa facile vitentur*, conatus eorum hoc tempore irritus fuit, et Dammonem milite vacuum offendunt. Cogn[i]to⁵⁷⁹ enim Nassouiano apparatu maxima pars sese iam inde ad ⁵⁸⁰ Pharmsumanos contulerat, reliqui in munitiora aedificia se receperant, atque ex ijs se grauiter defendebant. Cum itaque in eos nihil possent Nasso-<270>uiani, ad incolarum eius vici depraedationem manus vertunt, et quo quis robustior erat, tanto plus praedae secum auferebat. /124/

⁵⁷² Geschrap: *attent* (?)

⁵⁷³ Dit woord ontbreekt bij Feith.

⁵⁷⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁷⁵ Feith: *Hermannus*

⁵⁷⁶ Geschrap: *ali*

⁵⁷⁷ Geschrap: *ilico*

⁵⁷⁸ Feith: *Nienorti*

⁵⁷⁹ Feith veranderde *Cognoto* van het handschrift in: *Cognato*. De vertaling gaat uit van *Cognito* (participium perfectum van *cognoscere*); Phebens lijkt zich te vergissen met *notus*, het participium perfectum van *noscere*.

⁵⁸⁰ Geschrap: *Nas*

Interea Delffzylani cum ijs, qui Pharmsemium confugerant, sese Watum conferunt, Nassouianos ibi cum praeda intercepturi. Caeterum dum nihil quamuis lacessiti in eos attentarent, ad ipsum littus reuersi altera die nauigio recedunt. Nouitij vero illi⁵⁸¹ Dammonem Pharmsemiumque reuersi, dum nulla pecunia, qua se sustentarent, in promptu esset, magnam eius hyemis partem summa quadam petulantia, rapinis atque depraedationibus transegerunt.

Hic annus tribus eclipsibus⁵⁸² insignis vel potius terribilis fuit, vna nimirum solis et duae lunae: imo vno mense solis atque lunae defectus. Quod iuxta astrologorum obseruationes multa mala portendit.

1591 Anno sequenti 1591 tres similiter luminum obscuraciones fuere. Forsan toties geminatus luminum defectus geminatum saepius malum designaturus.

Initio huius anni a Statibus Belgicis per totam ditionem Groninganam edicitur, ut sibi in posterum omnes⁵⁸³ reditus regij et quodcunque eo locorum regi⁵⁸⁴ nomine dominij compe[te]re⁵⁸⁵ posset, persoluatur, renouato simul superioris anni edicto de monasteriorum reditibus et bonis ecclesiasticis. Praeterea quantum regijs quotidie nomine tributi ab agricolis persoluebatur, tantundem et sibi persolui debere. Sed ea res postea, ab agricolis certa pecuniae quantitate promissa, sopita est; restituta iam etiam Sacerdotibus apud suos habitandi libertate, qua eis iam pridem interdictum erat.

Sub ingressum mensis Aprilis, cum quingentis plus minus militibus ob non solutam contributionem (ut vocant) <272> in Phrisiam Occidentalem irruptionem fecit Fridericus Comes Montensis, et prope Leouerdiam in vico quodam, Wirdenum nomine, aliquot aedes conflagrauit, praedae simul quantum singuli milites humeris gestare poterant secum auferens. Caeterum hostium vndique aduersus ipsum concurrentium metu perterritus intra Groningani territorij limites se ilico recepit. /125/

Circa festum Paschatis multis in locis Phrisiae noua contigit inundatio, quae eo extitit perniciosior⁵⁸⁶, quod ingens esset apud omnes pabuli inopia, succrescentisque graminis spe sublata

⁵⁸¹ Ontbreekt bij Feith.

⁵⁸² Feith: *eclipsibus*

⁵⁸³ Feith: *omnes*

⁵⁸⁴ Feith: *regij*

⁵⁸⁵ Handschrift: *compere*; Feith: *comparari*. Feith wijkt hier van het handschrift af, in verarring gebracht door het woord *compere* dat hij verving door *comparari*; samen met het eerdere *regi* door *regii*. Er is geen reden om aan de lezing van het handschrift te twijfelen. Ik lees *compere* als een verkorting van *competere* en lees het zinsdeel dus als: *quodcunque eo locorum regi nomine dominij compe[te]re posset*. *Competere* komt al in de Oudheid en daarna meer algemeen voor in de zin van ‘toekomen’, ‘behoren aan’.

⁵⁸⁶ Feith: *perniciosior*

per inundationem, ita auctum eius est pretium, ut foeni vehes vna viginti sex thaleris venierit. Et dum pabulum venale nusquam extaret, multi vel arundinem, vel stramen siue culmos <273> frumentarios tectis aedium detractos pecoribus tanquam consuetum pabulum deuorandum obrusere.

Eodem mense detectum est facinus duorum transfugarum, qui Delffzylum, praecipuam munitionem et propugnaculum Groningensium ad ostium maris positum, Nassouio prodere, et eius militem, dato inter excubandum signo, intromittere promisissent. Caeterum re per indicium detecta, irritus hic fuit conatus. Proditorum vnus extra moenia sese praecipitem mox dat, atque ita per ipsam fossam natando euadit; alter compraehensus, Groningam transmittitur captiuus, atque ibi capite truncatur. Ipsum vero cadauer ad locum prodicionis auectum, atque ibi in quatuor partes diuisum e moenibus suspenditur.

Labente tempore per Phrisiam <274> Occidentalem et finitimas confoederatas prouincias ⁵⁸⁷ nouus fit belli apparatus, ⁵⁸⁸ a Mauritio principis Auraicae filio et Guilielmo comite Nassouiae, tormentis bellicis quamplurimis vndique conquisitis et comparatis. Tandem rebus ex sententia compositis, prope Zuollam, Transissulaniae urbem, e Phrisia, Hollandia, Zelandia, Geldria, alijsque locis in vnum conueniunt, atque inde Zutphaniam petentes, eam tertio statim obsidionis die, puta trigesimo Maij, in deditionem accipiunt, amisso Obersteinio Comite⁵⁸⁹.

Neque mora, promotis nonnihil castris post paucos dies, nono Iunij similiter et Dauentriam, paulo ante per factionem Hibernorum, qui ibi in praesidio erant, a Statibus alienatam, post innumeros tormentorum muralium ictus et fulminationes, fractis moenibus in potestatem recipiunt. <275>

/126/ Dum haec geruntur ad Issulam, interea temporis nomine Statuum magna vis nauium cum militibus, tormentis, commeatu, alijsque rebus ad bellum necessarijs prope Zylum Aduerdianum in Phrisiam Groninganam aduenit. Milites itaque qui in hac et vicina munitione Steentillana collocati erant, eorum aduentu perterriti omnes a fugere, et vacuam utramque hostibus relinquere coacti sunt. Praeterea et aliae omnes in agro Groningano munitiunculae a Regijs deseruntur, excepto solo Delffzylo, Uplachio, Emotillo et Lettelberto, quae omnes omnem hostilem vim non difficulter sustinere ad tempus posse videbantur, nam hae partim natura loci, partim vero

⁵⁸⁷ Geschrap: *a Statibus*

⁵⁸⁸ Geschrap: *aucto*

⁵⁸⁹ *amisso Obersteinio Comite*: toegevoegd in de marge.

industria hominum egregie firmatae erant, et Ducis Parmensis in dies quoque expectabantur subsidia. <276>

Confectis eo modo (uti diximus) ad Issulam rebus, Mauritius Auraicae princeps et Guilielmus Comes Nassouiensis militiae duces, nec non et comes Solmensis et Brederodius,⁵⁹⁰ cum toto exercitu, centum circiter peditum signis, et equitum omnis generis selectissimorum turmis viginti aut ultra, eos quos praemiserant nauigio milites in Phrisiam, ilico sequuntur, et 20 Iunij die, tensis tabernaculis, Groningam obsidione cingunt. Oppidani semet iam antea egregie munierant, nunc itaque displodendis e vallo tormentis castra hostium infestare, armati moenia frequentare, vigilias agere, portas claudere vel obseruare, et alia quae ad sui defensionem pertinere videbantur, curare. Interea temporis praedictae naues prope Siloen siue Seluerdiam secundo flumine appellunt. Emissis itaque, quos penes se habebant, curribus et vehiculis, sequentes aliquot dies (nihil alioquin hostile patrandu) rebus necessarijs aduehendis consumuntur. Interdum leues aliquot fiunt velitationes, et primo statim obsidionis die circa vesperam <277> e regijs equitibus aliquot ex urbe prorumpunt, atque ilico, nonnullis ex hostibus, qui subter moenia hortus ciuium perscrutabantur, interemptis, captis ac vulneratis, intra /127/ urbem reuertuntur. Tandem 25 Iunij tentorijs ubique igne accensis, soluta obsidione, sese omnes conferunt Seluerdiam. Regij itaque, quorum circiter mille quingenti pro moenibus in stationibus erant, Verdugio iubente per ipsa pascua in ipsos delati, postremum agmen quod ex equitibus hastatis constabat, tormentis suis remorantur, ac ferme omnem equitatum in duas diuisissent parteis⁵⁹¹, nisi peditum aliquot signa laborantibus ilico subuenissent.

Soluta obsidione Groningana alias quasdem munitiones urbanas aggrediuntur, Delffzylum videlicet et Uplslachium, utrumque graui obsidione circumuenientes. Praeterea et templum Slochterense muniunt praesidioque suo confirmant. <278> Hac nimirum ratione futurum sperantes, ut urbem quam violenta manu expugnare difficulter possent, ⁵⁹² eam frumento, commeatu, alijsque rebus necessarijs adimendis intercludendisque ad deditiois necessitatem compellerent.

⁵⁹⁰ *nec non et comes Solmensis et Brederodius*,: toegevoegd in marge.

⁵⁹¹ Feith: *partes*

⁵⁹² Geschrap: *praesertim Parmensi accelerante(?)*

In ipsa munitione Delffzylana duo signa militum a Groninganis collocata erant; de deditioe autem sollicitati primo et verbis atque scommatibus acerrime reclamabant, tormentis etiam non leuiter tonabant, caeterum hostium multitudinem et tormentorum, de vallo conspicientes, elapsis haud multis diebus, 2 videlicet Iulij mensis die, apud hostes in colloquium admissi, eis se dedunt, tanto equidem maiore cum ignominia et dedecore, quanto firmiora moenia tenerent. Praesertim nullo adhuc tormento ⁵⁹³ disploso, nullaque rerum inopia cogente; sola scilicet hostium et tormentorum multitudine ac terrore, non <279> vi deuicti, irreparabili equidem ciuitatis Groninganae damno et incommodo. Accepere enim hoc tempore hostes praeter largissimum commeatum, praeter copiosissimum puluerem tormentarium, praeter glandes, aliasque res ibi necessarias tormenta aenea duodecim aut plura et omnes naues ibi haerentes, inter eas vero vnam triremem siue actuariam regio ornatu et magnificentia insignem. Sed haec quidem⁵⁹⁴, res Groninganas consyderanti, leuia videri possent: /128/ ipsa inquam fortissima moenia, ipsum primum portum, ipsum penuarium veluti Groninganum. Quo⁵⁹⁵ quid amissum sit, res ipsa postea declarabit: *tum demum enim nostra intelligimus bona, cum quae in potestate habuimus ea amisimus.*⁵⁹⁶ Milites vero cum signis suis, armis, atque sarcinis <280> dimissi praeter famam et existimationem suam ibi nihil reliquerunt.

Delffzylo potiti tormenta rursus nauigio committunt, totisque viribus ad reliquos, qui ⁵⁹⁷ Uplachianae obsidioni intenti erant, se conferunt, et paucos post dies, septimo videlicet Iulij, continuis tormentorum ictibus e nauibus in ipsa moenia collimatis, dum sese hostium viribus impares esse obsessi comperiunt (aggere pene rupto et conquassato, nonnullis etiam vulneratis et interemptis) semet dedunt, atque ita cum bonis suis ac supellectili ⁵⁹⁸, quantum scilicet humeris gestare poterant, egrediuntur. Auraius vero et Nassouius praeter commeatum aliasque res necessarias accepere hoc loco tormenta aenea non minima sex aut septem et vexilla regia duo.

Post Uplachium devictum aliam in tanto illorum successu munitionem Gro- <281>ninganam, eamque inter caeteras minimam licet, sed maximo labore comparatam, Emotillum videlicet, in potestatem suam redigunt, militibus se hercle viriliter aliquandiu sustinentibus,

⁵⁹³ Geschrap: *in moenia sibi commisso*

⁵⁹⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁵⁹⁵ Geschrap: *-us*; oorspronkelijk stond er vermoedelijk: *quibus*.

⁵⁹⁶ Plautus, *Captivi* 39-40.

⁵⁹⁷ Geschrap: *Upsc•lach*

⁵⁹⁸ Geschrap: *suo*

donec tandem post multas tormentorum fulminationes, se nunquam⁵⁹⁹ tuto continere amplius possent. Hoc itaque modo superati, supplices hostium misericordiam implorare coguntur, et statim vita donati ad suos dimittuntur, mensis Iulij die vndecimo.

His ordine adeptis et in potestatem suam redactis munitionibus, altero post die et Lettelbertum, ut exiguum nidulum, ita et facili negotio superatum, in vicem auctuarij caeteris adijciunt.

Diximus iam antea de deditioe Delffzylana et quam turpiter ibi rem gesserint milites. Eius itaque facinoris com-<282>missi causa Groningam venientes in suburbio aliquan-/129/diu custodiuntur, et tandem cingulo militari et armis nudati decimo quinto Iulij eorum nonnulli capite plectuntur. Septuaginta aut plures publice solemniterque in corona militum exauctorati sacramentoque soluti dimittuntur, intra triduum extra regios limites semet

⁵⁹⁹ Feith: *nusquam*

recipere iussi. Idque exempli causa, quo scilicet scirent [omnes]⁶⁰⁰, *omnia etiam extrema tentanda esse*⁶⁰¹ prius, quam temere ad arbitrium et deditionem hostium devenire.

Interea temporis Auraicus et Nassouius cum toto exercitu, relicta Phrisia, Steenuicum abeunt, hanc etiam urbem oppugnaturi. Id quod Occidentales Phrisij, propter crebras depraedationes et damna sibi a praesidiario eius urbis milite illata, valde urgebant. Caeterum a Statibus per literas inde auocati altero statim <283> die obsidionem, quam meditabantur, omittunt. Et Nassouius quidem ad suae prouinciae defensionem in Phrisiam occidentalem se confert, Auraicus vero et Comes Solmensis cum reliqua parte exercitus in Geldriam, ubi dux Parmensis aduentare dicebatur, iter instituunt.

Dum haec ita geruntur ibi Franc. de Verdugo in agro Groningano templum Slochteranum oppugnat, et post aliquot tormentorum ictus eo etiam potitur, die nimirum 21 mensis Iulij. Et ipsi milites, qui ibi in praesidijs collocati fuerant, duobus vicepraefectis exemptis, libere sed sine armis omnes ad suos dimittuntur.

Non multo post, sub exitum Iulij, gubernator Verdugius in Geldriam etiam proficiscebatur ad duces Parmensem, qui Nouiomagum abs hoste <284> liberaturus castellum ibi in vicinia positum circumdederat. Interea temporis Groninganos commeatu intercludere constituunt hostes, per uniuersum scilicet agrum Groninganum Drentiamque sub poena capitis et bonorum amissione edicentes, ne quis frumentum, butyrum, caseos, aliumve commeatum ullum intra urbem adueheret. Sed hoc postea agricolarum, qui immanissima quotidie conferre tributa cogentur, querelis, /130/ merces suas ubi plurimi possent vendere cupientium, omissum est⁶⁰². Et vicissim in agro libera omnia fiunt commercia. Delffzylo praeterea aliquot iugera addunt⁶⁰³, eiusque ferme in mensuram urbis moenia extendunt, aedibusque extruendis magnifice exornant. Adhaec⁶⁰⁴ Groningana pascua in⁶⁰⁵ abducendo pecore valde infestant. Et mense Septembri munitiunculam Pontanam inuadunt, interfectoque excubi-<285>tore expugnant, capiunt diripiuntque ac milites ipsos cum praesenti supellectili atque bonis captiuos abducunt.

⁶⁰⁰ Feith; hs: oies (met gebogen lijntje boven de letters). Deze afkorting ontbreekt in Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979).

⁶⁰¹ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁰² Toegevoegd boven de regel; ontbreekt bij Feith.

⁶⁰³ Geschrapt: *communiunt*

⁶⁰⁴ Handschrift: *Adhaec* (toegevoegd boven de regel); Feith: *Adhuc*. Feith leest hier niet *Adhaec* ('Bovendien'), maar *Adhuc* ('Nog altijd'). In het handschrift ontbreekt het boogaccent, waarmee Phebens een letter *u* markeert. Tegelijkertijd zijn ook de priegelig geschreven letters *ae* van *Adhaec* moeilijk te onderscheiden. Nergens echter begint Phebens een zin met *Adhuc*, maar liefst 14 keer daarentegen met *Ad haec* of *Adhaec*.

⁶⁰⁵ Feith voegde toe: 'Dit *in* schijnt overtollig'. Maar voor dit gebruik van *in* (= 'onder') laten zich parallellen vinden in het Latijn.

Fuit iste eorum successus tempestati similis, quae subito exorta obuia quaeque prosternit et euertit. Tam breui enim temporis intercapedine quatuor munitissimas urbes, Zutphaniam scilicet, Dauentriam,⁶⁰⁶ Hulstam et Nouiomagum, nec non et omnes, uti diximus, munitiones Groninganas, sola urbe excepta, in potestatem suam redegere, ita quidem, ut *proxima quaeque victoria instrumentum sequentis esse*⁶⁰⁷ videretur. Atque hoc nomine magnus quotidie ad eos fiebat militum concursus, ut verissime dictum sit, *quo se Victoria, eodem etiam fauor hominum inclinatur*⁶⁰⁸. Regios contra tantus inuasit terror et veluti <286> insolitae rei stupor, ut multi ex ijs aut⁶⁰⁹ ad victores hostes, aut proprios Penates domum aufugerent.

Diximus libro primo de Philippi Hispaniarum regis in asserenda ac defendenda Romana religione

⁶⁰⁶ Geschrap: *et extra nostros limites*

⁶⁰⁷ Justinus 1,1.

⁶⁰⁸ Justinus 5,1.

⁶⁰⁹ Toegevoegd boven de regel.

studio et zelo, et quomodo eius nomine contra Lutheranos ac Zuinglianos inquisitionem introduci voluerit, librosque eorum publice damnatos a quoquam ⁶¹⁰ legi, emi, vendiue prohibuerit; quomodo insuper innumeris locis Episcopos constituerit, iuuentutemque extra regni limites peregrinantem propositis edictis domum reuocauerit. Atque hoc quidem quemadmodum in alijs locis Belgij, ita etiam in tota Phrisiae ditione. Successu vero temporis tota Phrisia inter alias prouincias a regia gubernatione deficiente, religionis status /131/ ibidem quoque cum <287> imperio mutatur. Atque huic vicina Orientalis Phrisia, quae Romano subest imperio, doctrinam⁶¹¹ Zuinglij iam dudum amplexa erat. Cum itaque Groningani postea ad regiam maiestatem et religionem Romanam redijissent, atque ita inter vicinos suos, Occidentales scilicet atque Orientales Phrisicos, tanquam sani inter duos leprosos medij constituti, eorum contagione facillime rursus infici possent, idem rex adstipulante ac consentiente magistratu Groningano ibi nouum collegium Iesuitarum (qui omnes ordines pontificios, et doctrina, et industria, vitaeque sanctimonia longe antecedere putantur) erigit, monasteriorum quorundam bonis et redditibus ad hoc donatis ac concessis. Huius Societatis aliquot hoc anno intra urbem delati in <288> antiquis patrum traditionibus, ritibusque, hac tempestate ferme neglectis et posthabitis, ad lucem reuocandis ac recolendis non solum apud adultos, sed ipsos etiam puerulos strenue operam nauarunt, hosce donis et munusculis, illos patrum fabellis siue fabulosis factis ex antiquis legendis sanctorum depromptis tanquam illecebris quibusdam ad suam opinionem allicientes.

Eodem hoc anno, in profesto S. Michaelis archangeli, iuxta veterem stylum, diem suam vita defunctus obit in arce Stickhusana, nobilis et generosus dominus Ioannes, Comes ac Dominus Phrisiae Orientalis, et postea Embdam delatus in auito monumento honorifice sepelitur, non sine bonorum omnium luctu et tristitia. Mortuo eo totus ille co-<289>mitatus ad fratrem Edzardum deuoluitur, qui iam antea dominiorum iure in partes diuisus et distractus animorum quoque inter fratres diuisionem et distractionem procreauerat.

⁶¹⁰ Geschrap: *emi*

⁶¹¹ Feith: *doctrina*

Posthaec Ordinum Belgicorum, quos Status vocamus, conuentus aguntur Hagae Comitum, ubi de communi bello res admodum ventilatur consultatione. Et eo quidem tempore Phrisijs Occiduis suffragiorum calculo vincentibus, omnium consensu contra regionum irruptiones destinantur auxilia. /132/

1592 Anno 1592 mense Martio⁶¹² regij, qui Seluerdiae in hybernis erant, quinquaginta aut circiter e Nassouianis milites mercatoribus quibusdam per agrum Groninganum securitatis ergo adiunctos cepere, vno atque altero occiso. <290> Nassouiani itaque ad duo fere millia collectis militibus Seluerdia eos deturbare nitebantur. Caeterum remittente gelu, quod tormenta bellica, quibus ad hanc rem usuri erant, aduehere non possent, vel inuiti [proposito]⁶¹³ supersedent.

Interea Steenuicenses, in Phrisiam⁶¹⁴ Occiduam irruptione facta⁶¹⁵, eius ditionis vicum Collum nomine cum vicinis pagis hostiliter depraedantur, non exiguum numerum agricularum secum trahentes captiuum.

Quod reliquum eius temporis fuit apud regios praesertim Groninganos et vicinos varijs commentis ac falsis de bello Gallico Nauarraei et Ligistarum rumoribus, de regis Hispaniarum apparatu bellico, suppetijs alijsque promissis (*uti in aduersis seipsos consolari homines solent*) inter plebem disseminandis consumitur. Nam cum omnia vndique illis⁶¹⁶ aduersa contingerent⁶¹⁷, hoc comprimis⁶¹⁸ <291> opus erat, nisi grauiores commotiones vel tandem etiam defectionem aliquam expectare vellent, nimirum⁶¹⁹ ut quodammodo vacillantem plebem vel regijs⁶²⁰ eximijs promissis, vel alioqui nouis licet confictis successibus a longinquo petitis proponendis ac decantandis in veteri erga regem fide confirmarent. Atque hoc non minimi artificij erat negotium. Quippe, *cum fama et rumoribus bella constant, saepenumero etiam quod falso creditum est, veri vicem obtinuit.*⁶²¹ Caeterum huius propositi, apud cordatiores imprimis contrarius fuit euentus. Saepius enim hoc modo delusi, animaduerso fuco, ad eos paulatim deflexere, qui de hisce nugis et falsis rumoribus longe diuersam tenebant sententiam. Verissimum esse re ipsa comperientes, quod vulgo dicitur, *qui cito credit, cito de-<292>cipitur.* Apud simplices vero et eos maxime, quorum oculi excaecati⁶²² auresque obturatae erant praesente rerum fastigio, et lucri odore, aut

⁶¹² Feith: *Maii*

⁶¹³ Feith; handschrift: *propisito*

⁶¹⁴ Geschrap: *irruptione*

⁶¹⁵ Boven de regel toegevoegd.

⁶¹⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁶¹⁷ In de marge toegevoegd.

⁶¹⁸ Feith: *cumprimis*

⁶¹⁹ In de marge toegevoegd.

⁶²⁰ Geschrap: *successib*

⁶²¹ Curtius, 8,8,15. Zie voor dit citaat Lipsius, *Politiorum sive civilis doctrinae libri sex* (Leipzig, 1589), V,16. Zie ook p. <395>.

⁶²² Feith: *excaetati*

alias innata quadam pertinacia, /133/ et superstitiosa erga regem affectione, ea fere pro oraculis habebantur. Ita enim natura hominum comparatum est, uti *ea, quae fieri libenter volumus, facile credamus*⁶²³.

Apud Status Belgicos interea magnus fit rursus belli apparatus in tormentis fundendis, aliisque instrumentis bellicis componendis, magnus praeterea vndique militum delectus. His instructi rebus, militibusque hybernorum quiete recreatis, Auraicus et Nassouius copias⁶²⁴ rursus educunt, ac die 27 Maij oppidum Steenuicense arctissima obsidione circundant, atque ad ipsam urbis fossam castra locant. Erat autem hoc tempore in urbe millium circiter selectissimorum e toto Regis exercitu mi-<293>litum veteranorum praesidium: capitanei omnes et Praefecti, uti militaris disciplinae peritissimi, ita et strenui, atque omnium longe fortissimi; urbs simul validissimo vallo et plerisque in locis binis fossis circumdata. Ne itaque e tantis moenibus et tam valido praesidio laedi facile possent, effossis terrae meatibus, in ijs se prorsus abscondunt. Eos vero, qui de vallo urbis pugnabant milites, quo commodius inde remouerent, ingenti celerrime terrae mole congesta, duabusque machinis ligneis siue turribus, quae rotarum⁶²⁵ artificio mobiles omnino erant, erectis, magnum ex hisce⁶²⁶ oppidanis vim inferunt. His perfectis tormenta⁶²⁷ aenea sexaginta aut circiter ut maximi ponderis, ita summa difficultate, sed admiranda industria per palustrem ac uliginosam terram in castra adducunt, et tandem omnibus rite dispositis <294> vnus diei spatio plus quam septem millia globorum in ipsa urbis moenia detorquent, tanta equidem vi, ut fragor strepitusque tormentorum aduerso ventorum flatu ultra decem miliaria Germanica auditus sit. Caeterum cum hoc modo nihil, quod ad oppugnandam urbem aditum praestaret, efficeretur, posthaec fodiendo idem attentant. Et quo minore militum dispendio huic rei operam nauarent, e turribus praedictis et adiuncta terrae mole in oppidanos interea miris modis eiulantur, multos sau-/134/ciant, multos (et inter alios etiam Comitum Montensem, Ludouicum nomine) interimunt. Neque obsessi interim quiescunt, sed hostilia quaeque attentantes,

⁶²³ Caesar, *De bello civili*, 2, 27.

⁶²⁴ Geschrap: •u••

⁶²⁵ Geschrap: *quibus innixa erant*

⁶²⁶ *ex hisce*: Toegevoegd boven de regel.

⁶²⁷ *Tor-* aan het slot van de regel, en *-menta* klein toegevoegd in de marge en boven het begin van de volgende regel.

armis, lapidibus, aqua feruente alijsque modis in hostem similiter desaeuiunt. Aliquando facta irruptione sese in ipsa castra conijciunt, multos occidunt, vulnerant capiuntque⁶²⁸.

Franciscus de Verdugo interea Couer-^{<295>}diae haerebat, obsessosque per internuncios ad persistendum hortabatur, breui liberationem atque molestiarum omnium remunerationem sancte promittebat. Ac quo commodius hostilem impetum sustinere ac perferre possent, audaculos aliquot, qui vitam et mortem iuxta aestimabant, cum puluere tormentario per interualla castrorum hostilium, intra urbem ablegabat. Caeterum ex illis multi capti sunt, multi interfecti, nonnulli clam intra moenia peruenerunt.

Tractu temporis hostes continuo indefessoque labore duas ordine fossas terra replentes, ad ipsum vallum pertingunt, tormentis totos tres dies moenia concutiunt, aedificia prosternunt, ardentia intra urbem pila eiaculantur, militesque continuis irruptionibus fatigant lacessantque. Interea actis per ipsum vallum cuniculis, aliquot tonnas sulphu-^{<296>}reo puluere repletas supponunt, eoque accenso, ita vallum⁶²⁹ ipsum comminuunt, ut totum ab ea parte quasi terrae motu absumptum videretur. Atque⁶³⁰ hoc modo, vallo fracto et superato, militibus praesidiarijs vel interemptis, vel laesis, vel laborando, vigilando, pugnandoque defatigatis, neque cum] adhuc promissi subsidij ac liberationis spes appareret, supplices facti se dedunt, 4 die Iulij, et sine exceptione omnes, certis tamen conditionibus, quales aequi victores deuictis hostibus dare solent, demptis armis, libere dimittuntur. Dubium hercle obsessine an obsidentes, victoresne an victi, fortiores habendi videantur. Magna enim militum fortitudo fuit, tam grauem et difficilem obsidionem tam praesenti animo sustinere ac perferre. Magnus

⁶²⁸ In het handschrift werd het oorspronkelijke *capiuntque* door Emmius met lichtere inkt gewijzigd in *diripiuntque*; Feith nam juist dit laatste over.

⁶²⁹ Geschrap: *ab ea parte*

⁶³⁰ Deze zin heeft grammaticaal gezien een onsamenhangend patroon (anakoloet). Hij opent met een reeks ablativi absoluti met causale betekenis. Deze vormen samen een eerste inleidende bijzin, waarna, verbonden door *neque*, een tweede bijzin met de conjunctief *appareret* volgt. Maar Phebens leidt deze tweede bijzin met eveneens causale betekenis niet met een voegwoord in, zoals men zou verwachten. Hij gaat ervan uit dat men na *neque* in gedachte een voegwoord als *cum* aanvult op basis van het eerste causale zinsdeel. Zie voor vergelijkbare toepassingen van de anakoloet: ^{<94>} (*Profecto ...*) en ^{<183>} (*Cedentibus ...*). Zie ook Deel I, Hfdst. IV, 6^b ('Anakoloet').

contra labor tam fortes atque indus-/135/trios milites e tam forti ac munito nidulo deturbare. Caeterum nihil tam *difficile vel arduum esse, quod pertinax militum opera non expugnet*, vel hac <297> sola urbis obsidione animaduerti potest.

Posthaec, restauratis moenibus, lustratis ac suppletis, [quae]⁶³¹ damno aliquo [adfecta]⁶³² erant, cohortibus ciuibusque noui iurisiurandi religione sibi deuinctis, relicto Steenuici quatuor signorum peditum et equitum nonnullorum praesidio, inde recedunt, ac tandem 26 eiusdem mensis die et arcem Couerdianam (in qua cum fortissimo praesidio erat hoc tempore Fridericus Comes Montensis, et⁶³³ Praefectus arci, alijque capitanei) totis viribus aggrediuntur. Caeterum ne durante obsidione⁶³⁴ in via a Regijs, qui Oetmarsiae in praesidijs erant, commeatu spoliarentur, Auraius cum parte exercitus et aliquot tormentis campestribus, ut vocant, in Tuentiam profectus, illam deditione capit, Statuumque nomine praesidio ⁶³⁵ confirmat, militibus sub futura Couerdiensium conditione in proximas ciuitates dimis-<298>sis. Quo confecto negotio, ilico cum suis in castra reuertit. Posthaec, qui in arce erant, ne Steenuicensibus viliores videri possent, facta eruptione hostes munitiuncula quadam expellere nituntur, caeterum

⁶³¹ Feith: *quae*; handschrift: *qui* (met over de -i een inktvlek). Zie ook de volgende noot.

⁶³² Feith: *adfecta*; handschrift: *adfecti*. Er zijn drie oplossingen voor de interpretatie van deze zin, maar geen daarvan is geheel zonder bezwaren. Bij de eerste en tweede oplossing is sprake van een anakoloet. Voor de editie van de Latijnse tekst en voor de vertaling is gekozen voor de derde oplossing. 1. In het handschrift staan aan het begin van deze zin komma's na *Posthaec*, ... *moenibus*, ... *suppletis*, en ... *cohortibus* en in plaats van [quae] en [adfecta] staat er *qui* en *adfecti*. Men is daardoor geneigd om *lustratis ac suppletis* met *cohortibus* te verbinden. Dit zou als vertaling opleveren: 'na de monstering en aanvulling van de cohorten die enige schade hebben geleden'. Een probleem is hier echter het ongrammaticale *qui ... adfecti cohortibus*. Moeten we veronderstellen dat Phebens bij het vrouwelijke woord *cohortibus* heeft gedacht aan de mannelijke soldaten van de cohorten? Een onoverkomelijk probleem bij zo een *ad sententiam* constructie is echter het daaropvolgende *ciuibusque noui iurisiurandi religione sibi deuinctis*: het enclitische *-que* ('en') in *ciuibusque* verbindt dat woord en de woorden die erop volgen met het eerdere *cohortibus*. 2. De tweede mogelijkheid is dat er na *lustratis ac suppletis* een daarmee te verbinden mannelijk woord als *militibus* is weggevallen, dat de toevoeging *qui damno aliquo adfecti erant* rechtvaardigt. Deze oplossing staat dicht bij de derde oplossing. 3. Feith loste de kwestie op door twee kleine conjecturen: hij wijzigde *qui* uit het handschrift in *quae* en *adfecti* uit het handschrift in *adfecta*; ook paste hij de interpunctie aan. Deze beide aanpassingen zijn, zoals gezegd, gevolgd in de Latijnse tekst en de vertaling. Zie voor de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

⁶³³ Toegevoegd boven de regel.

⁶³⁴ *durante obsidione*: in marge toegevoegd.

⁶³⁵ Geschrap: •uo

in castris ubique excitato tumultu repelluntur, multis utrimque vulneratis et occisis, regijs Praefectis non paucis desyderatis.

Dum haec aguntur Couerdiae, Hermannus Comes ⁶³⁶ Montensis, cui a Gubernatore Verdugio rei militaris gubernacula, eo absente, commissa erant, ex voto occasionem nactus cum quingentis aut circiter militibus, qui circa Groningam in stationibus erant, Occidentalem Phrisiam petit, et prope Collum tributorum nomine, [quemadmodum]⁶³⁷ fertur, pecora atque homines non paucos in praedam abducit, puerulo, vna cum paternis aedibus, viuo exusto⁶³⁸, ac ne ibi circumueniretur⁶³⁹, summa festinatione se recipit Groningam.

Interea 6 Augusti hostes annexum Couerdiae vicum aggere et milite non leuiter <299> munitum adoriuntur, caete-/136/rum a praesidio fugam simulante dolo intromissi per paratas sibi insidias summa vi repelluntur. Sequentie itaque die repetita incursione, post aliquot tormentorum eiaculationes, cum violenta manu expugnant, militibus non paucis, quum intra arcem eis non daretur refugium, interceptis, occisis et vulneratis.

Post 13 Augusti die aliquot equitum turmae e castris Couerdianis Groningam delati e pascuis urbanis, quae meridiem spectant, omne pecus abigunt. Regij itaque qui prope urbem in statuiis erant, ⁶⁴⁰ re animaduersa illos celerrime insequuntur, Hermanno Comite Montense ductore. Caeterum inter densa camporum arbusta aggeresque longiuscule progressi, ab equitibus circumuenti partim trucidantur, partim captiui abducuntur, reliqui fuga euadunt. Porro eadem opera et alios triginta circiter milites <300> Groninganos, qui ⁶⁴¹ prope castra equos aliquot surripuerant, sibi obuiam factos similiter adoriuntur, atque omnes fere capiunt, vno et altero occiso. Captiui regij, quos hac vice in castra abduxere equites, censentur septuaginta aut circiter. De numero interemptorum non est eadem sententia. A parte equitum duo vulnerati sunt, vnus intra urbem abductus.

Superato, ut dictum, Couerdiae⁶⁴² vico, non multo post propugnaculum quoddam, quod a semiluna denominabatur, ultimum scilicet extra moenia arcis positum refugium, expugnant. Et ut tandem ipsam etiam arcem adorirentur, nullum laborem nullamque diligentiam fodiendo fulminandoque praetermittunt.

⁶³⁶ Geschrap: ••

⁶³⁷ Handschrift: *qmdm* (met een afkortingslijntje boven *mdm*); Feith las dit als *quemadmodum*. Deze ongebruikelijke afkorting ontbreekt in Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979).

⁶³⁸ *puerulo, vna cum paternis aedibus, viuo exusto*; toegevoegd in de marge; Feith heeft in i.p.v. *cum*.

⁶³⁹ *circumueniretur*: uit een deels aangepast en deels geschrap: *circumueniri a quoquam posset*

⁶⁴⁰ Geschrap: *illos(?)*

⁶⁴¹ Geschrap: *castris*

⁶⁴² Toegevoegd boven een geschrap *vicino*

Interea Franc. de Verdugo cum decem, ut aiunt, legionibus peditum et aliquot equitum turmis praesidiarijs per Brabantiam et alibi ex urbibus deductis, traiecto Rheno, in Tuentiam aduenit, ac <301> prope Emblicum Couerdiae vicinum vicum castra metatur, obsessis opem laturus. His sese adiungit cum sexcentis circiter qui circa Groningam collocati erant militibus Hermannus Comes Montensis. At- /137/que ita coactis in vnum militibus, Fr. de Verdugo misso in castra hostium tubicine eos pugnandi causa in planiciem prouocat. Forsan futurum ratus Auraicum et Nassouium iuuenili ardore correptos continuisque successibus elatos, omitta obsidione, sibi ex voto futuros⁶⁴³. Ita enim obsessi hostilem operam omnem hactenus multo sudore ac sumptibus susceptam abrumpere potuissent. Respondent illi, cuius nomine venissent, sibi adhuc quaedam expedienda, ijs confectis sese conditionem non abnuere. Hoc ablato responso et⁶⁴⁴ interea facto per nobilem quendam, ubi commodius castra oppugnari possent, indicio, Hispanorum ingens <302> numerus interulas lineas armis superinducens summa alacritate eo contendit, et stationem vnam, ab hostibus detecta prodicione derelictam, inuadit. Caeterum et illis non imparatis existentibus, quatuor tormentis aeneis maximis ferro lapidibusque instructis in eos displosis et dimissis, tanto impetu reprimuntur Hispani, ut deserta statione vix elabi possent. Atque ita⁶⁴⁵ eorum ingens numerus concisus est, et vulneratus, et inter caeteros dux quidam Hispanus mortem oppetijt. Comes etiam Nassouius paulo infra umbilicum globulo bombardae tangitur, sed non fuit lethale. Proditor, cuius nomen nobilitatis gratia praetereo, propter militarem turbam impetrata a Nassouijs venia Runam decesserat; interim tamen, quodcumque libebat in castris libere commorabatur, Praefectis omnibus valde familiaris. Verum detecto scelere, per aliquot equitum <303> turmas Runa abductus, vinculis mancipatur.

⁶⁴³ Feith merkt naar aanleiding van ‘futuros’ in de Latijnse tekst op: ‘Voor *futuros* zou men *facturos* wenschen te lezen’. Maar de constructie die Phebens gebruikt is niet onmogelijk. Phebens gebruikt de uitdrukking *ex voto* verder met vormen van *succedere* <95, 187, 231, 319>, met *responderetur* <168>, en met *nactus* <298>.

⁶⁴⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁴⁵ Geschrap: *ingens*

Paucos post dies, suppleta ⁶⁴⁶ iam fossa, vallo superato, actisque ⁶⁴⁷ in ipsam arcem longe lateque cuniculis, iisque pulvere tormentario repletis, dum iuxta vocem tubicinis ignem inferri verentur obsessi⁶⁴⁸, ab allato quoque subsidio iuvari non possent, nonnullarum etiam rerum inopia laborarent, habita deliberatione, et postea missis ⁶⁴⁹ legatis qui de summa /138/ rei tractarent, sese dedunt, ac 12 Septembris die cum omnibus impedimentis, armis atque signis, tormentis bellicis aeneis nouem ibi relictis, egrediuntur, cum septem circiter hebdomadarum obsidionem, eamque acerrimam, magno labore, molestia ac fortitudine sustinuissent.

Occupata a Nassouijs arce, regij re desperata ac frustra tentata liberatione <304> primo Velthusiam et inde Epenum castra mouent, ac vicinas ibi ditiones maximo et intolerabili damno afficiunt, toto etiam vico Ochtorpio igne absumpto. Interim illi, qui Delffzyli, Oterodami, Reydaequae in praesidium collocati erant, numero circiter quadringenti in agrum Westeruoldanum sese conferunt, eum totum aqua ut inundarent, claustris aquaeductuum vndique reseratis, Regios scilicet Groningam iter suscepturos, arbitantes. Cuius rei simul atque contrarium accepissent nuncium, incolae etiam suis pascuis parci rogarent, ilico recedunt;⁶⁵⁰ Hermannus tamen Comes Montensis cum suis Groningam redit.

His ita confectis apud Couerdiam, arce etiam opere praesidioque nouo Statuum nomine, quantum quidem satis erat, prospecta, Auraicus et Nassouius, cui sese Hollachius paulo ante coniunxerat, cum reliqua parte exercitus Ommenam discedunt, <305> atque ibi subsistentes vicinum pontem aggere atque praesidio communiunt.

Diximus iam antea, quomodo non solum per agrum Groninganum agricolae, sed ipsi etiam ciues qui vel peregre mercaturam, vel etiam extra urbem rem pecuariam exercent, tum pro se, tum pro bonis pecoribusque suis securitatem abs hoste redimere

⁶⁴⁶ Geschrap: slot-*m*

⁶⁴⁷ Geschrap: *per illud*

⁶⁴⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁴⁹ Geschrap: *utrinque*

⁶⁵⁰ In het Latijn van deze zin (*Cuius rei simul atque contrarium accepissent nuncium, incolae etiam suis pascuis parci rogarent, ilico recedunt...*) valt Phebens' gebruik van het voegwoord *simul atque* op. In klassiek Latijn heeft het de betekenis van 'zodra als' bij een perfectum van de indicatief; maar Phebens gebruikt het hier in diezelfde betekenis met een conjunctief van het plusquamperfectum (*accepissent*). Bovendien construeert hij hetzelfde woord, maar nu veeleer in de betekenis van 'toen' (= *cum*), ook met het tweede werkwoord, dit keer een conjunctief van het imperfectum (*rogarent*). Hier is grammaticaal gezien sprake van een lichte anakoloet. Zie voor zijn gebruik van een conjunctief na voegwoorden die gewoonlijk gevolgd worden door een indicatief: Deel I, Hfdst. IV, 6^a; zie voor zijn toepassing van de anakoloet: Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

coacti sint. Cum itaque res Groninganae in dies magis magisque in arctum contraherentur, commercijs omnibus atque negotiationibus omnino cessantibus, ciues hoc modo alius post alium ex urbe dilabi atque vel in agrum vel vicinas oras commigrare coeperunt. Cui malo ut mature obuiari posset et occurri, septimo decimo Augusti die, Couerdianae ob-/139/sidionis <306> tempore, factum est Groningae Senatusconsultum, uti omnes, qui vel saluum conductum vel sauue guardiam (ut vocant) redemissent, tabulas ea de re confectas, intra triduum in Senatum deferrent. In posterum quoque nemo inscio magistratu eiusmodi quid abs hostibus impetraret; qui secus fecerit, tenore statuti, quod de his est⁶⁵¹ qui clandestina cum hostibus colloquia habuerint, ⁶⁵² grauissime puniretur. Eorum ⁶⁵³, qui publicam ab hostibus fidem impetrauerant, ingens erat numerus; traditis autem fidei⁶⁵⁴ tabellis, nomina omnium in matriculam relata praefectis signorum ciuitatis tanquam suspecta communicantur, eo scilicet consilio ut tempore necessitatis ab alijs dignosci possent.

⁶⁵¹ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁵² Geschrap: • *maio*•••• *sancitum* -

⁶⁵³ Geschrap: -

⁶⁵⁴ Toegevoegd boven de regel.

EGGERIK EGGES PHEBENS

<307> /140/
CHRONICI
RERUM IN PHRISIA
et praecipue circa Groningam⁶⁵⁵
GESTARUM
LIBER IIII⁶⁵⁶.

Secundo libro dictum est de Groninganis, quomodo nimirum vnioni Traiectensi subscribere recusarint, et quemadmodum hoc nomine a proprio Gubernatore Lalaignio obsessi sint; quomodo item tractatu inter Lalaignium et Senatum habito, Generalitati se conformes reddere promiserint, Ioanne Austriaco regio Gubernatore, et omnibus Hispanis iam antea publice hostibus declaratis; quomodo item non multo post tempore vna cum ipso Lalaignio ad regiam Hispanicam gubernationem, ⁶⁵⁷ tanquam canes ad vomitum, ⁶⁵⁸ redierint, a Malecontentis quibusdam, quos vocant, Hispanorum complicitibus <308> fide ac foedere violatis, reformatis ciuibus appraehensis⁶⁵⁹ et in carceres coniectis. Hoc itaque anno mense Septembri, ut antea non semel a Mauritio principe Aeraicae et Generalibus Statibus per praeconem mittuntur literae, quibus iam olim datae fidei promissorumque eos⁶⁶⁰ rursus commonefaciunt. Et, licet ⁶⁶¹ eorum nomine ingens innumeris hominibus [damnum]⁶⁶² datum, multumque humani sanguinis effusum sit, sese hisce omnibus posthabitis et neglectis, eos adhuc in commune generalitatis consortium atque foedus admissuros, si quidem in tempore id declarent, ultro promittunt. Sin autem, ferro, flammisque ultricibus excidium minantur. Caeterum absque /141/ ullo responso nuncius dimittitur, bona ciuium parte non leuiter fremente. Postea per literas non quidem ad rem, sed illud solum, quod de violatis promissis fideque insertum eis erat, prolixè respondent: ⁶⁶³ <309> neque fidem violasse se, sed potius eam regi legitimo atque naturali domino suo, a quo (per praesidia Gallica) iam antea seducti essent, rursus adseruisse adfirmantes.

Sub hoc tempore Zuollae, urbe ad Issulam sita, Ordinum confoederatorum conuentus agebantur, atque ibi de motibus quibusdam regionum qui trans Rhenum in praesidijs erant certiores facti,

⁶⁵⁵ *et praecipue circa Groningam*: toegevoegd in kleiner letterschrift in de marge,

⁶⁵⁶ Feith: *QUARTUS*

⁶⁵⁷ Geschrap: *a(?) Statibus(?)* ••

⁶⁵⁸ *tanquam canes ad vomitum*,: toegevoegd in de marge.

⁶⁵⁹ Feith: *apprehensis*

⁶⁶⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁶¹ Geschrap: *inquiunt(?)*

⁶⁶² Feith; handschrift: *damni*

⁶⁶³ Geschrap: *non se fidem(?)*

eo cum exercitu celerrime contendunt. Quid vero effectum sit, ab alijs procul dubio annotabitur; nos limites nostros non excedemus. Posthaec propter imminentem hyemem continuosque imbreis⁶⁶⁴ copias omnes in hyberna dimittunt. Et Occidui domum reuersi ad prohibendas excursiones hostiles prope Lecam in agro Groningano nouam instituunt munitiorem. Groningani itaque, cum quoti-<310>die magis magisque abs hoste premerentur, sub ingressum Septembris delectos mittunt ad Ducem Parmensem⁶⁶⁵ legatos, Ioachimum Ubbena Consulem et Syndicum ciuitatis, ut de praesenti rerum statu in commune deliberarent⁶⁶⁶ et auxilia extorquerent.

Paulo post eodem hoc mense miserabilis fuit perturbati maris cataclysmus siue inundatio, saeuissimaque tempestas non solum per Phrsiam sed etiam vicinas alias regiones. Itaque hoc quoque tempore quemadmodum alias saepe, ingens hominibus terra marique damnum est allatum. Hanc tempestatem 18 Decembris ingens secutus est nocturni luminis defectus (altera scilicet huius anni eclipsis⁶⁶⁷ lunaris), et⁶⁶⁸ eam mox sequenti anno etiam solis⁶⁶⁹ obscu-<311>ratio. Ita ut iam denuo, intra vnus anni spatium, tres visae sint eclipses⁶⁷⁰.

Sub exitum huius anni subitanea morte extinctus est Atesiae⁶⁷¹ Alexander Farnesius Dux Parmensis, regius Gubernator, ac cadauer ipsum cum magna pompa Bruxellas /142/ auectum offendunt legati Groningenses, de quibus modo diximus. Et loco eius deligitur Petrus Ernestus, Comes Mansfeldiae, vir decrepitae aetatis.

Circa idem tempus ingens fuit inter Comitem Oldenburgensem et Edzardum, Phrsiae Orientalis Comitem, dissidium super ditione Cniphusana, adeo ut⁶⁷² omnino res ad bellum spectare videretur. Caeterum petita Spirae a Cniphusano causae suae qua ceciderat reuisione, utrinque ab armis disceditur.

1593 Diximus in fine libri praecedentis de edicto Senatus Groningani in eos qui cum hoste pacti, urbem relinque-<312>rent. Cum itaque nihilominus homines ex ea dilaberentur, nouum fit Senatusconsultum, ut nimirum omnes, qui redempta ab hoste securitate emigrassent, intra viginti dies et vnum coram Senatu comparerent, atque ibi facti sui rationem

⁶⁶⁴ Feith: *imbres*

⁶⁶⁵ Geschrap: *et simul ad Hannoniae, Arthesiae(?) et his vicinarum Prouinciarum*

⁶⁶⁶ Geschrap: - - *omnes(?) eadem in angustia erant, similique morbo laborabant*

⁶⁶⁷ Feith: *eclipsis*

⁶⁶⁸ Boven de regel toegevoegd; het woord ontbreekt bij Feith.

⁶⁶⁹ Geschrap: *excessit*

⁶⁷⁰ Feith: *eclipses*

⁶⁷¹ Feith: *Atesiae*

⁶⁷² Geschrap: *res(?)*

redderent. Si secus fecerint, in perpetuum ciuitate carerent. Affixum illud est ubique ad valuas, anno 1593 mensis Ianuarij die vigesimo. Porro quod vere nouo obsidionem omnino futuram expectarent, subter moenia urbis, ubi res id postulare videretur, munitiones aliquot extruunt et propugnacula, militemque subsidiarium ad urbem accersunt. Et inter alios etiam cum quadringentis aut amplius militibus, nec non cunicularijs quibusdam et magistris⁶⁷³ tormentorum Groningam aduenit Franciscus de Verdugo eius loci Gubernator. Denique ne quid tempore <313> necessitatis rerum, quibus⁶⁷⁴ opus haberent, desyderari posset, annonam sibi vndique comparant, molendina equaria aliquot

⁶⁷³ Feith: *magistro*

⁶⁷⁴ *rerum quibus*: toegevoegd boven de regel.

construunt, tormenta aenea noua fundunt, lanceas et alia instrumenta quae⁶⁷⁵ ad reprimendam vim hostilem requiruntur, abunde satis conficiunt, tures quasdam in ipsis moenibus positas, ad medium usque demoliuntur.

Dum haec ita parantur Groningae, apud hostem multo minus cessatur, et tandem, tentorijs, quae quolibet figere statim possent, ex tabulis ingenti numero concinnatis, alijsque rebus apud eos rite compositis, die⁶⁷⁶ 20 eius⁶⁷⁷ Mensis, /143/ qui a Marte⁶⁷⁸ nomen habet, Mauritius Auraicae princeps Montem Gertrudis proprium ac haereditarium suum oppidum, Batauis sicut vicinum, ita exterorum militum⁶⁷⁹ excursionibus valde infestum, contra opinio-<314>nem Groningensium aggreditur et⁶⁸⁰ terra marique grauissima obsidione cingit.

Guilielmus vero Nassouiae Comes Phrisiae Gubernator pridie Paschatis cum mediocri classe, centum scilicet et ultra nauium Billinguoldam allabitur, atque ibi ad ostium fluminis, quod ipsam arcem Weddanam praeterfluit, maximam erigit munitionem⁶⁸¹. Circa idem ferme tempus e Tuentia Winschotam [venerant]⁶⁸² Fridericus Comes Montensis et Vespasianus Carcanus Italarum Praefectus, a Senatu Groningano acciti,⁶⁸³ cum mille ducentis circiter peditibus, Italis scilicet,⁶⁸⁴ Gallis, Hibernis, ac Germanis, et equitum turmis aliquot. Hisce coniungit sese Comes Hermannus frater eius cum praesidio suburbano Groningensium, 1000 circiter virorum, a Verdugio eo ablegatus, ut coniunctis viribus hostem inde profligarent,⁶⁸⁵ caeterum experti semel, impedire coeptum opus⁶⁸⁵ nullo modo potuere.

Interea Edzardus Phrisiae Orientalis Comes vicinitate munitionis permotus, et imprimis quomodo patrum Nassouij Ludouicum Albani potentiam fugientem intra limites suos aliquando acceperit, quomodo ab Albano ibi persecutus fuerit, factoque praelio dum succubisset, quantum et quam indelebile damnum eius nomine pertulerit, suos mittit ad Nassouium legatos, qui haec ita ad eum deferrent, et siquidem viribus suis non⁶⁸⁶ plane confideret, ut mutata sententia inde quamprimum discederet. Cum is nihilominus institutum opus urgeret, Edzardus limites suos diligenter custodiendos esse putauit, atque ita conscriptis <316> per totam suam

⁶⁷⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁷⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁷⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁷⁸ Geschrap: *hodie(?) Deo(?)*

⁶⁷⁹ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁸⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁸¹ Geschrap: *contra insultus hostiles opere, praesidio, tormentisque optime corroboratam*

⁶⁸² Handschrift en Feith: *venerat*. Phebens hield bij *venerat* geen rekening met een latere toevoeging in de marge (zie volgende noot), zodat nu het meervoud *venerant* vereist is.

⁶⁸³ In marge is toegevoegd: *et Vespasianus Carcanus Italarum Praefectus, a Senatu Groningano acciti,*

⁶⁸⁴ Geschrap: (?)

⁶⁸⁵ Geschrap: *hostium*

⁶⁸⁶ Geschrap: *omnino*

ditionem agricolis, Bundam, qui non multis stadijs a dicta munitione abest pagus, magno numero confluent, atque ibi in armis constituti, futurum eventum expectant.

Regij Winschotae sese etiam muniebant, atque ibi agri-/144/colas, quorum culinis securius et cistulis, quam praedae hostium inhyabant, incredibili damno affecere. Interim capitaneus Menda, homo mendacissimus simul et rapacissimus, mentitis coloribus signorum prope Couerdiam fluuiolum transiens, 23 Aprilis die cum ducentis plus miuus equitibus in Phrisiam Occidentalem irrumpit, atque ob recusatam diu contributionem multam inde praedam abducit, homines scilicet captiuos triginta, pecora aliaque bona quamplurima. Contra vero Nassouiani aliquot numero circiter sexdecem munitiunculam Groninganam <317> hoc tempore octo saltem militum praesidio nitentem inuadunt et exurunt, duobus occisis, reliquis vna abductis.

Regios equites, de quibus modo diximus, abactae praedae odor non modo alacriores sed etiam animosiores fecit. Itaque quadringentis circiter peditibus ⁶⁸⁷ aucti, ultimo die Aprilis in Phrisiam Occidentalem denuo irruptionem faciunt. Atque hoc tanto facilius, quanto longius eius loci Gubernator Nassouius a suis limitibus abesset. Hic enim Billinguoldae haerebat cum septemdecem signis militum, firmanda munitione, quam ibi iam pridem inceperat, occupatus. Ingressi ditionem equites aliquot speculandi causa emissos, sibi obuiam factos et ad proximam munitiunculam Duersuoldae confugientes, cum praesidiarijs omnes trucidant, de suis etiam non <318> paucis inter expugnandum amissis et vulneratis. Hoc facto longius progrediuntur, et quia totus ille tractus incolis nudatus esset, cum in homines nihil possent, in aedificia simul et bruta animantia igne grassantur, tres pagos totos ⁶⁸⁸ incendio consumentes. Re ⁶⁸⁹ itaque ex voto non succedente, sine captiuis atque praeda vacui reuertuntur.

Hanc frustrationem ut resarcirent, haud multis elapsis diebus denuo in procinctu sunt, nouoque equitatu Demetriij atque Romeri corroborati, prope Lecam pedites, equites vero in Drentiam longius secedunt. Caeterum

⁶⁸⁷ Geschrap: *et nonnullis equitibus*

⁶⁸⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁸⁹ Feith: *res*

re detecta, atque in hostilibus munitionibus ubique ignibus signo /145/ dato, dum totus ager in armis esse putaretur, pedites mutata sententia Groningam reuertuntur. Equites vero⁶⁹⁰ alia via hostilem agrum ingressi, prope Steenuicum incendijs et depraedationibus suo more debacchantur. Digni incendiarij omnes, et quotquot tam ne-<319>fariae destructioni animum intendunt, ut omnimodo tectis aedium ⁶⁹¹ orbati, omnibusque incommodis atque miserijs expositi, nudi saeuissimae hyemis autumnique tempestates, gelu, niues, grandinem, pruinam, frigus pariter atque aestum in perpetuum sentire ac perferre cogantur.

Diximus iam antea de Iesuitarum intra urbem Groninganam aduentu, eorumque in persuadendis adultis simul atque puerulis studio et industria. Hi breuissimo hoc temporis spatio apud imperitum vulgus tantum profecere, ut multi homines illorum opinionem ⁶⁹² secuti sponte sua multos libros (quos Tridentini Concilij decreto damnatos dicebant) ipsaque adeo biblia sacra⁶⁹³ ⁶⁹⁴ in Germanicam linguam versa, imo totas librorum suppellectiles <320>igne combusserint. Alioquin tamquam pro haereticis habiti atque extra ecclesiae coetum eiectioni, neque delictorum veniam neque absolutionem consequi ab illis poterant.

Turbate iam nunc omnia agebantur, non solum in ipsa urbe Groningana, sed toto etiam circumiacente agro. Oppidani propter adductum militem (quem pro moenibus atque portis haerentem, non minus quam ipsum hostem metuebant) continuis vigilijs, agricolae assiduis excursionibus militaribus atque exactionibus, ⁶⁹⁵ consumebantur. Si quid interim de Republica prolatum esset a quoquam, quod calumniator aliquis sinistre interpretari posset, carceribus atque relegationibus res agebatur. ⁶⁹⁶ Clandestina ubique vigeabant dissidia. Ciues in duas diuisi erant partes; erant reformati, erant papistae. Clerus etiam quodammodo diuisus erat: Iesuitae enim ipsos eccle-<321>siae sacerdotes, et hi vicissim Iesuitas Vatiniano quasi odio atque inuidia prosequantur. Porro omnibus fere⁶⁹⁷ vijs Gronin-/146/gam ducentibus

⁶⁹⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁹¹ Geschrap: *expositi*

⁶⁹² Geschrap: *voluntatemque*

⁶⁹³ Toegevoegd boven de regel.

⁶⁹⁴ Geschrap: *a Reformatis, sive Augustanae confessionis doctoribus*

⁶⁹⁵ Geschrap: -

⁶⁹⁶ Geschrap: *Inter cives privatae magis quam publicae utilitatis ratio habebatur*

⁶⁹⁷ Toegevoegd boven de regel.

abs hoste praeclusis, Billinguoldanaque munitione opere, praesidio, tormentisque ⁶⁹⁸ instructa, mense Maio agricolis per totum agrum Groninganum et vicinam Drentiam prohibetur, ne quicquam intra urbem aduehant, neve ullam cum Groninganis conversationem habeant, proposita ijs qui contra facerent incendij atque captiuitatis poena, ac bonorum priuatione. Adhaec ipsis agricolis etiam omnia necessaria, quae hactenus sibi e vicinis munitionibus depromere solent, denegantur, ne scilicet quicquam praetextu eorum Groningam perueniret. Verdugius contra, ne cum hostibus commercia ulla habeant, incendij poena denunciata ⁶⁹⁹: merces praeterea ut intra urbem <322> solito more transmittant, grauissime mandat. Atque ut viam agricolis, quae edicto hostium quasi praeclusa erat, rursus aperiret, diuersis in locis, Winssemij scilicet, Postae, atque alibi suas collocat stationes. Summatim dicam, talis erat praesens rerum status, ut iam difficillima ac plane miserrima tempora prae foribus esse facile appareret. Oppidanis quidem, quod in posterum commeatu frustrarentur, agricolis vero, quod vel⁷⁰⁰ cum magna rei familiaris iactura et incommodo manere vel⁷⁰¹ sedes suas omnino mutare cogentur.

Coeli quoque non minus fuit perturbata constitutio: crebrae enim hoc tempore fuere coruscationes, imbres, fulmina atque tonitrua, crebrae quoque tempestates, et maris aestuationes. Trigesimo Maij magna ⁷⁰² procella grandinum totum⁷⁰³ Groninganum agrum peruagata est, tantae magnitudinis, ut non solum segetem atque recentes fructus, sed etiam fenestras <323> vitreas in multis locis, atque adeo lateritias tegulas aedium contuderit.

Circa idem tempus Franciscus de Verdugo Ruhnanae arcis alijsque castellis nobilium Drentiae praesidia imponit, quasi sicut hostes Groninganis, ita ipse vicissim Couerdianis, commeatus inferrendi viam praecluderet.

Eodem mense Nassouiani totam stationem Italorum extra /147/ Winschotam vigilias agentem ex insidijs circumventam, partim trucidarunt, partim captiuos intra moenia Billinguoldana abduxerunt. Hi Calendis Iunij iterum hostibus praedae fuere, nonnullis occisis, triginta aut circiter cum signifero captis. Inter hos⁷⁰⁴ quadraginta Galli⁷⁰⁵, eodem tempore desertis signis fuga elapsi Embdam peruenere, pauci Winschotam in castra reuersi sunt. Atque ita ⁷⁰⁶ indies magna sui parte diminuebantur. <324>

⁶⁹⁸ Geschrap: ••tis

⁶⁹⁹ Geschrap: *prohibet*

⁷⁰⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁰¹ *manere vel*: toegevoegd boven de regel.

⁷⁰² Geschrap: *iterum*

⁷⁰³ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁰⁴ *Inter hos*: toegevoegd boven de regel.

⁷⁰⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁰⁶ Geschrap: *Regij*

Decimo quinto Iunij regij milites, qui circa Groningam haerebant otiosi, quum nihil aliud haberent quod agerent, cum aliquot nauibus actuarijs Dammonem se conferunt, atque inde ipsam libram cum ponderibus suis nec non et caseos et butyrum omne quodcumque apud mercatores extabat, Groningam ⁷⁰⁷ auehant. Idem etiam Loppersemij et alijs in locis factitatum est. Et quia terrore edicti hostilis nihil intra urbem mercium adueheretur, omnes per vniuersum territorium agricolas, manu militari sursum deorsumque currentes, ad hoc compellunt, ita ut non semel⁷⁰⁸ vna die centum et ultra currus butyro caseisque onusti Groningam peruenerint. Atque hac ratione ingentem pecuniae vim a singulis pagis, ubi non peruenirent, consequuntur. Interea Galli qui Winschotae in castris erant pecuniae defectu coacti, quotidie relictis <325> signis aufugiunt, qui vero permanebant, vicinos pagos misere depraedantur, a reliquis pecuniam extorquent⁷⁰⁹, queritantes ⁷¹⁰ opulentissimi regis exercitum inopia affligi, et ea parte virium, qua hostibus longe praestaret, pecunia scilicet, inferiorem inueniri. Ac non solum hi, sed ipegi etiam Itali gubernatori Verdugio, qui eos stipendio suo, uti dicebant, defraudaret, dira, imo et necem tandem⁷¹¹, si eum consequi potuissent, minitabantur.

Dum ea ita geruntur apud regios sub exitum Iunij mensis in circumiacentibus munitionibus hostium conspiciuntur ubique ignes tryumphales atque fulminationes tormentorum, ob deuictam urbem Montem scilicet S. Ger-/148/trudis, ante menses aliquot a Mauritio, uti diximus, obsessam. <326> Et non multis diebus elapsis, aliquot signa peditum, atque octo circiter equitum turmae in Drentiam adueniunt, et inter Steenuicum arcemque Ruhnam aliquandiu subsistunt. Huius rei nomine varij apud Groninganos sparsi sunt rumores. Quidam Ruhnam eos oppugnare ⁷¹²; quidam vero Couerdiam commeatu instruere⁷¹³ velle⁷¹⁴ putabant. Alij maiora eos moliri, et quidem tempore messis adueniente frumentatione Groninganas prohibuituros, vel etiam obsidione tandem circumuenturos arbitrabantur. Gubernator itaque eius loci Franciscus de Verdugo 15 Iulij Tuentiano milite corroboratus praesidia Groningana atque ea signa Italorum quae Winschotae haerebant, contra hostem educit, et primo quidem

⁷⁰⁷ Geschrap: *nauigabant*(?)

⁷⁰⁸ *non semel*: toegevoegd boven de regel.

⁷⁰⁹ *a reliquis pecuniam extorquent*: boven de regel toegevoegd; geschrap: *Omnes itaque nihil magis*

⁷¹⁰ Geschrap: *quam*

⁷¹¹ Toegevoegd boven de regel.

⁷¹² Geschrap: *velle*

⁷¹³ Eerst stond er geschreven: *instruendam*

⁷¹⁴ Toegevoegd boven de regel.

Zuedlaræ, atque inde reuertens Harae, qui ad duo millia passuum et quingenta ab urbe distat pagus, castra metatur. Et interea Couerdia, e Transissulana prouincia rebus necessarijs aduectis, abunde satis confir-<327>matur. Milites vero qui circa Ruhnam, uti diximus, commorabantur, mutato loco ad Lecam, et inde Fischfletum se conferunt. Verdugius etiam motis castris, militibusque ⁷¹⁵ in suas stationes, vnde desumpti erant remissis, 26 Iulij intra urbem reuertit.

Eodem die ducenti circiter milites regij, cuius quibusdam Groninganis securitatis causa adhibiti, non longe ab arce Weddana, Bleyhamæ scilicet Westeruoldicæ ditionis pago, structis insidijs abs hoste profligantur, non paucis, ac imprimis præfectis militum, vel occisis vel vulneratis vel vna ad munitionem Billinguoldanam abductis. Ex hostibus etiam nonnulli cecidere,

⁷¹⁵ Geschrap: *in(?)*

caeterum hoc quaecumque damnum ditissima praeda compensarunt. Namque ad triginta currus butyro atque caseo onustos hoc loco cepere et duas virgines nobiles, praeter ingentem pecuniae vim <328> apud occisos repertam, et ipsos denique milites atque praefectos in captiuitatem adductos. Ita confectis rebus, Meppam Regij⁷¹⁶ itinere contendunt, et non multo post tem-/149/pore lulij die trigesimo, cum mercibus quibusdam Groningam reuertuntur.

Maturescente messe, cum iam⁷¹⁷ falcem in eam immitterent agricolae, Nassouius per vicinum agrum Drentiamque nouis edictis fulminare non desijt, grauissima poena prohibens ne quis Groninganis annonam aut commeatum ullum adueheret, vel etiam conuersionem aliquam cum illis haberet,⁷¹⁸ et⁷¹⁹ si ad tempus celarint, quandocumque etiam⁷²⁰ manifestatum fuerit, capitis poenam eos subituros. Hinc factum est⁷²¹, dum quilibet periculum euitare studeret, ut celeberrima quondam urbs nunc pro obscuro vico, atque frequens olim forum pro [deserto]⁷²² sit aestimatum, imo in multis <329> locis contiguo gramine vestitum. Pro ipsis namque mercatoribus, iam nihil praeter vanissimos nuncios atque tabellarios aduentabat. Pro mercatura ciues rem pecuariam exercebant,⁷²³ commercijs, olim celeberrimis, nunc plane sepultis. Atque huius quidem rei taedium omnes boni silentio deuorare cogebantur. Quod vel hoc nomine eo magis taediosum fuit. *Crescit enim dissimulatione ipsa dolor, hoc altius dimissus, quo minus profiteri licet.*⁷²⁴

Circa hoc tempus a legatis Groninganis, quos iam antea a Senatu in Brabantiam missos esse diximus, praegnantia iterum scripta domum remittuntur, quibus totum tam multoties flagitati subsidij negotium Petro Ernesto Mansfeldiae Comiti serio demandatum esse significant⁷²⁵, et si is laborantibus illis in tempore non subuenerit, a Senatu Bruxellensi iuramento, quo R. M. deuincti sint, ipso fac-<330>to solutos pronunciarum. Interim vero Ernestum Archiducem Austriae ibi quotidie expectari, quo adueniente rem si fieri queat, pacificatione tentandam, aut certe bellum serio gerendum; de summa rei non esse desperandum. Ita apud vicinos rerum bene et prospere gestarum, apud

⁷¹⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁷¹⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁷¹⁸ Geschrap: - - *depraehensi fuerint* -

⁷¹⁹ Toegevoegd boven de regel.

⁷²⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁷²¹ Geschrap: -

⁷²² Feith; handschrift: *diserto*

⁷²³ *Pro mercatura ciues rem pecuariam exercebant*; in marge toegevoegd.

⁷²⁴ Justinus, boek 8. In het handschrift staat *dimissus* voor *demissus*. Zie voor de regelmatige verwisseling van *de-* en *di* Deel I, Hfdst. V, 3.

⁷²⁵ Toegevoegd boven de regel.

Groninganos mendaciorum, finis erat nullus: illi enim egregijs factis atque victorijs, hi vanis promissis alebantur.

Diximus paulo ante de regijs quibusdam Bleyhamae /150/ caesis; ut igitur tutius posthac eo locorum meare ac remeare possent, medio inter Bleyhamam et arcem Weddamam itinere quamdam ⁷²⁶ construunt munitionem. Ea perfecta praesidioque firmata, tres easque vicinas munitiones tenebant, hanc scilicet, Weddam et Winschotam, per quas, inscijs hostibus, transmissae merces, Groningam perueniebant. Nassouiani itaque, qui⁷²⁷ ostia fluminis ibi tenebant, uti vias aqua inundarent, et <331> ⁷²⁸ omnino inuias redderent, omnem adhibebant diligentiam. Caeterum irritus erat conatus, ea nimirum anni parte, qua neque coelum pluuias⁷²⁹ neque mare aquas suppeditabant.

Interea temporis regij, suo hoc est furentium more (qui sua etiam membra lacerare non desinunt), in propria viscera iam denuo armantur. Nam 14, 15, 16 et sequentibus diebus mensis Augusti iterum erumpentes, omnes pagos atque vicos Veteris Prouinciae, regios subditos, amicos atque tributarios, quos modis omnibus defendere debuissent, passim depraedantur. Imo totam ditionem illam exactionibus denudatam, fugatione subdito-<332>rum desolatam, caedibusque funestam reddunt. Nassouiani contra, non solum subditos suos et amicos, sed eos etiam, quos hostium loco habere possent, aequitate omni ac benevolentia prosequabantur, neminem concutiebant, neminem spoliabant, nihil inordinate usquam committebant, imo omnes excessus militares summo iure persequebantur. Hinc factum est, ut hi praeter oppida atque arces, quas violenta manu expugnabant, omnium hominum animos, aequitate ac iustitia subactos, sibi vndique conciliarent; illi vero non tantum subditis et amicis, sed etiam vniuerso mundo sese exosos redderent.

Peracta messe, per totam Drentiam iterum edicitur, incendij atque capitis proposita poena, ne quis omnino tritureret. Id quod oppidanos et ipsum quoque Verdugium valde torquebat. Et licet contrarijs edictis iratus obstreperet, nihil tamen aut parum proficiebat. <333> Ut tamen /151/ aliquid contra attentaret, 20 Augusti die emissis ad limites Phrisiae Occidentalis militibus, inde aliquot abducit agricolas. Harum⁷³⁰ scilicet abductione atque captiuitate futurum sperans, ut Nassouium

⁷²⁶ Geschrap: *atque firmam*

⁷²⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁷²⁸ Geschrap: *in tam praesertim populosa ciuitate, Verdugo militibus atque operarijs immis-*
sis trituram ••••itabatur(?)

⁷²⁹ Toegevoegd boven de regel.

⁷³⁰ Feith: *Iterum*

proposito deterreret. Qui autem in vicinis pagis erant agricolae, frumentum suum ⁷³¹ intra urbem (ad quam cum omnibus bonis suis atque pecoribus refugium habebant) aduehere non grauabantur. Sed hoc quum parum iuuaret, in tam praesertim populosa ciuitate vicinos colonos, qui ⁷³² cessarent, emissio milite ad trituram compellit. Dum in eam rem intenti sunt omnes, de aduentu hostium, uti postea dicemus, rumor spargitur, atque ita ⁷³³ operarijs omnibus atque militibus⁷³⁴ bis profugis ad urbem redeuntibus <334> nihil effectum est.

Erant initio huius anni duae urbes, Groninga scilicet, Phrisiae metropolis, et Mons S. Gertrudis, quarum haec vicinis Batauis siue Hollandis, illa vero Phrisijs Occidentalibus supra modum infesta erat. Dum igitur omnino belligerandum esset, utram ex hisce prius tentarent, magna inter Ordines prouinciarum erat disputatio, Batauis Montem S. Gertrudis, Phrisijs vero Groningam contendentibus. Caeterum cum Bataui praecedentibus annis alijs auxilia misissent sua, obtinere hi⁷³⁵ sibi vicissim alij ⁷³⁶ auxilia suppeditarent. Hac igitur urbe obsessa et postea in suam ditionem redacta, de Groninganis oppugnandis animum adiiciunt. Atque ita ⁷³⁷ Guilielmus Nassouiae Comes et frater eius Philippus militiae duces cum Phrisica atque Geldrica legione et quibusdam Anglorum signis tredecemque <335> turmis equitum, ad iter sese accingunt. Occupataque Gramsberga, alijsque arcibus atque munitionibus vel fuga praesidorum vel deditione potitis, recta Weddam contendunt, eamque obsidione cingunt, et tertio post die, qui erat Augusti vigesimo octauo, admotis tormentis in potestatem suam accipiunt cum vicina etiam et iam recens a regijs confecta. /152/ munitione. Milites vero omnes, quod statim deditionem facere noluisent, demptis⁷³⁸ armis ⁷³⁹ Groningam ablegant. Hoc facto milites Itali, qui Winschotae se cum alijs quibusdam hactenus detinuissent, trepidi omnes vna aufugiunt. Slochterani milites aliquandiu adhuc sed non diutius quam Nassouiani aduenissent ibi expectant. Et ut semel dicam,

⁷³¹ Geschrap: •u•i

⁷³² Geschrap: a••per•

⁷³³ Geschrap: nihil effectum(?) fuit(?)

⁷³⁴ De vertaling volgt het handschrift (en Feith): *militibus*. Toch kan men zich afvragen of Phebens hier niet *agricolis* ('boeren') bedoelde. Even eerder merkte hij op dat de boeren een toevluchtsoord in de stad hadden gevonden. De soldaten lagen doorgaans *buiten* de stad!

⁷³⁵ Feith greep hier niet in de tekst in, maar schreef enigszins misleidend in een voetnoot: 'In plaats van *hi* vordert de zin *ut*'. Het woord *hi* is echter wel degelijk terecht: het verwijst naar de Friezen uit de vorige zin, terwijl *ut* gemakkelijk in gedachte kan worden aangevuld na *vicissim*.

⁷³⁶ Geschrap: *rursus*

⁷³⁷ Geschrap: 23 Augusti die

⁷³⁸ Feith: *dereptis*

⁷³⁹ Geschrap: *libere et sine una praescripta conditione*

[omnes]⁷⁴⁰ regiae stationes, quibuscumque etiam in locis collocatae⁷⁴¹ essent, ad moenia urbis <336> tamquam ad sacram anchoram confugiunt. ⁷⁴² Tantus metus atque terror eos hoc tempore inuaserat. Hac etiam munitione potitus Nassouius, eam nouo praesidio confirmat, atque inde Weddam rediens, in ipsa Burtangia a capitaneo Schnoyo⁷⁴³ quondam inceptam munitionem restaurat. Winschotae etiam et Postae, quae iam a regijs derelictae erant, aliquot decurionum praesidia locat.

Ita omnibus claustris viarum atque munitionibus a Nassouio occupatis, Groningani in maximas redacti sunt angustias, sed sola spes regij subsidij tam tenaciter mentibus illorum infixata erat, ut quiduis potius expectarent, quam ⁷⁴⁴ a tam potente rege derelinqui. Atque in ea ⁷⁴⁵ opinione plebem uti confirmarent ⁷⁴⁶ nonnulli, fictitiae saepe et domi fabricatae literae⁷⁴⁷ in publicum proferebantur. Tanto zelo dementati miseri homines, ut saepe propria mendacia, per <337> ora virorum delata nouisque coloribus subinde⁷⁴⁸ illustrata, pro ⁷⁴⁹ oraculo haberent. *Veritati itaque apud eos locus erat nullus.* Et cum bene cretizassent ipsi, alios etiam uti idem facerent, compellebant. Qui enim⁷⁵⁰ peregre adueniebant homines, eos tanquam artis ignaros, quid dicendum esset, omnibus modis instruebant; qui veritatem manifestarent, vel praesens sibi creabant periculum, vel coram mendacij insimulabantur. Causam huius rei boni viri ad immane facinus appraehensionis⁷⁵¹ in proprios aliquando ciues, cognatos atque amicos commissum, referre solent. Nam ab eo tempore inde usque ad hodiernum diem eius occasione plurimi homines immensas diuitias per fas et nefas cum-/153/lauerant, quas vel restituere legitimis dominis, vel ulterius non

⁷⁴⁰ Feith; handschrift: *oies* (met een gebogen lijntje boven deze letters). Een dergelijke afkorting ontbreekt in Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979).

⁷⁴¹ Feith: *collectae*

⁷⁴² Geschrap: *multa omnibus claustris viarum atque munitionibus a Nassovo*

⁷⁴³ Feith: Sonoyo

⁷⁴⁴ Geschrap: *tam fid••* -

⁷⁴⁵ Geschrap: *mente(?)*

⁷⁴⁶ Geschrap: -

⁷⁴⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁴⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁴⁹ Geschrap: *veritate - Apollinis*

⁷⁵⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁵¹ Feith: *apprehensionis*

amplificare, perdifficile erat. Multi praeterea ad <338> summum dignitatis culmen ascenderant, ijs similiter e tanto fastigio praecipitari et cum plebe in ordinem redigi, durum erat, sed hoc multo durius, quos antea sedibus suis atque fortunis deiecissent, eos sibi in posterum dominaturos. Ideo commutata vice euenit, dum rei veritate non possent, mendacijs se et falsis rumoribus ut sustinerent, ne fortunae lubricum cum summo ludibrio sentire cogereantur. Atque haec omnia fidelitatis summae velamento agitabantur. Sed ⁷⁵² huius negotij penes alios sit iudicium: sibi equidem multi balneum administrabant.

Sub hoc tempus regij milites ad trecentos numero, qui Seluerdiae collocati erant, tanquam famelici luporum catuli ad praedam exeuntes vicinos pagos misere⁷⁵³ ⁷⁵⁴ diripiebant. ⁷⁵⁵ In <339> propinquoires etiam Drentiae partes ⁷⁵⁶ turmatim exhibant instar formicarum, lixis, calonibus, focarijs puerisque mixti, atque inde fructus arborum atque siliginem confertis sacculis, imo carris etiam et vehiculis ad stationes suas ⁷⁵⁷ deportabant, alimentorum, sicut dicebant, inopia ad hoc compulsi. Sed erat etiam praeterea quod illis placeret.

Initio Septembris, Groninganis iam toties promissi subsidij spes aliqua affulsit, Hermanno atque Friderico comitibus regias copias in Tuentiam adducentibus. Interea quoque allatae sunt literae ab Ernesto archiduce Austriae futuro gubernatore, ut dicebantur, scriptae, quibus eos ad constantiam adhortabatur. Quid nouo hoc subsidio ijsque literis effectum sit, euentus docebit, et nos, volente Deo, postea plenius declarabimus.

In Tuentiam productis copijs, extem-<340>plo Oetmersiam vicinum Oldenzelae oppidulum petunt, et per aliquot dies tormentis oppugnatum 12 Septembris die, facta deditione, potiuntur, duobus signis captis, praefectis militum aliquot retentis, caeteris vero ea conditione, ne intra semestre tempus ad arma redirent, in Hollandiam dimissis. Et iam /154/ difficillimum adhuc iter ⁷⁵⁸ instare videbatur, omnibus vijs a Nassouio, uti diximus, praeoccupatis. Caeterum, dum ille

⁷⁵² Geschrap: *nihil minus - •••bant*

⁷⁵³ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁵⁴ Geschrap: -

⁷⁵⁵ Geschrap: *alimentorum atque pecuniae inopia, sicut dicebant, - - compulsi - - etiam praeterea - quod villis(?) placebat(?)*

⁷⁵⁶ Geschrap: *milites(?)*

⁷⁵⁷ Geschrap: *iam(?)*

⁷⁵⁸ Geschrap: -

loco cederet, Ruhnam versus sese cum suis recipiendo, prope Schonebecam via non satis trita cum omni impedimento et turmis equitum ⁷⁵⁹ duodecem in Drentiam perueniunt, ac 15 Septembris die duces exercitus Fridericus Comes Montensis et frater eius Henricus vna cum legatis Groninganis, quorum iam antea mentionem fecimus, urbem ingrediuntur. ⁷⁶⁰ <341>

Subsequenti statim nocte duas munitiones Groninganas a Nassouio occupatas, Aduerdianum scilicet Zylum et templum Slochteranum, obsidione circumdant. Erat intra Aduerdiani Zyli moenia hoc tempore signifer cum triginta octo tantum plus minus sed fortissimis militibus. Hi de deditioe sollicitati plane recusabant. Cumque viriliter sese et animose diu multumque defendissent, et iam tormentis maioribus ageretur, ponte pensili qui catena in altum sublatus erat forte collapso, regij facilem nacti sunt ingressum. Atque hoc modo vallo superato, confertim vndique in eos irruunt regij praesertim Itali, et omnes, iam sero misericordiam petentes, interficiunt, pueris etiam atque foeminis ⁷⁶¹ quibusdam non praeteritis. Erat hoc 17 die mensis praedicti. Et nunc agitur annus duodecimus, quo simili ibidem colore locus <342> insigniretur, humano scilicet sanguine totus conspersus. Et sequenti die Slochterani, cum hactenus vim hostilem fortiter repugnando sustinuissent, admotis tormentis se quoque dedunt. Atque ita utrumque fuga derelictum iam non nisi ⁷⁶² sanguine recuperatur.

His ita patratris Winschotam petunt, perforatoque pariete templi, sedilibusque vna cum habitaculis militum incensis, testudine insuper collapsa, post multas fulminationes utrinque factas Nassouiani se in vicinam turrim recipiunt. Ac non prius deditioem sese facturos, quam expresse in gratiam recepti essent, promittunt. Inde progressi vicinam Weddae munitionem 19 Septembris de-/155/ditioe capiunt, militibus ad suos dimissis, ⁷⁶³ et arcem Weddanam circumequitantes totis viribus

⁷⁵⁹ Geschrap: ••

⁷⁶⁰ Geschrap: *et subsequenti statim nocte duas munitiones Groninganas a Nassouio occupatas, Aduerdianum*

⁷⁶¹ Feith: *feminis*

⁷⁶² Geschrap: *multo*

⁷⁶³ Geschrap: *- Eodem momento*

circumueniunt. Tenebant eam centum <343> et viginti circiter milites Nassouiani, atque initio magnanimitatis specimen edebant eximium. Nam quo commodius se defenderent, contiguum arci vicum igne comburunt, regios globis tormentorum atque scommatibus petunt, viros pariter et equos multos interficiunt laeduntque. Caeterum dimissis in ipsa moenia tormentis, et post facta irruptione, dum regij ab vno latere moenia conscenderent, illi alio ⁷⁶⁴ aufugiunt, vino adusto atque cereuisia praeter modum obruti. Atque hac ratione cater-uatim in manus Italorum incidentes, miserrimo spectaculo omnes interficiuntur, vix tribus aut quatuor militibus et aliquot foeminis⁷⁶⁵ vitam seruantibus. Contigit hoc 22 Septembris die, incendij simul atque temulentiae poena, morte persoluta.

⁷⁶⁴ Geschrap: *per pontem*

⁷⁶⁵ Feith: *feminis*

Omnibus hisce breui tempore, uti <344> etiam amissae erant, recuperatis munitionibus, portus iam atque claustra viarum, cuius nomine regij⁷⁶⁶ praecipue Groningam acciti erant, aperienda restabant. Omnium quoque harum maxime necessaria Burtangia. Caeterum ea contra omnem impetum opere, praesidio, tormentis alijsque rebus abunde confirmata, Verdugius tum huius tum Billinguoldanae Reydanaeque munitionis omissa oppugnatione, praeter spem Groningensium in Drentiam copias reducit, et Zuedlarae castra metatur. Deinde 28 eiusdem mensis die⁷⁶⁷ vna cum comitibus Montensibus Friderico atque Henrico totoque exercitu Tolbertam petit, ubi Nassouius iam pridem castra fecerat, cum eo collatis signis de summa rei dimicaturus. Sed is valido iam aggere circumseptus⁷⁶⁸ atque in tuto subsistens, pugnam detrectauit. Neque praesentem rerum statum instabili Fortunae arbitrio committere voluit, qui hostem iam terra marique conclusum, ad summam fere angustiam <345> redegerat. *Melius enim et tutius est hostem fame quam ferro urgere.*⁷⁶⁹ Interea tamen tormentis, et quidem /156/ maioribus quoque, hi sua munitione, illi vero ex equis et aperto campo, eminus sed acriter interdum conflictantur.

Groningani propter omissas a Verdugio hostiles, sicut diximus, munitiones valde agebantur; nunc vero occasionem rei bene gerendae nacti non solum hostem ex agro suo se profligaturos, sed totam insuper Occiduam Phrisiam debellaturos putabant, nimiaque laetitia veluti ebrij et quodammodo in furorem versi, militem foris ipsos hostes, se intus Geuseos⁷⁷⁰, conciuos suos inquam et reformatos⁷⁷¹ plane deleturos iactabant, ac praeter gladios atque laqueos nihil spirabant. Caeterum hac equidem vice *ante victoriam agebant triumphum.*⁷⁷² <346> Nam Verdugius, dum Nassouium neque loco mouere, neque in praelium prolectare⁷⁷³ valeret, suo atque ciuium voto frustratus Zuedlaram reuertit. Et quo

⁷⁶⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁶⁷ Geschrap: *Verdugo*(?)

⁷⁶⁸ Feith: *circumspectus*

⁷⁶⁹ Geschrap: *Varius siquidem et incertus semper proeliorum est exitus et Mars communis;* zie Cicero, *Ad Familiares* 6.4.

⁷⁷⁰ Toegevoegd boven de regel, ter vervanging van geschrap: *Reformatos*

⁷⁷¹ *et reformatos*: toegevoegd boven de regel.

⁷⁷² Livius 8,12,8.

⁷⁷³ Geschrap: ••

iam⁷⁷⁴ tota subsidij spes plane sorderet, ipso coelo ad tam immoderatum gaudium et atrox malorum propositum illacrimante, largissimis pluuijs ipse Deus, imo nimbis atque procellis, totam terram ita immaduit aestuanteque mari inundauit, ut nihil amplius vel in hostem hostilesque munitiones effici potuerit. Atque ita praesens subsidium verissimum fuit hoc tempore ipsius urbis atque agri excidium. Urbis quidem propter quotidianam victus diminutionem, agri vero, propter militares rapinas et depraedationes intolerabiles, aediumque incendia, atque desolationes. Et quemadmodum iam⁷⁷⁵ antea in Geuseos suos aduentu subsidij⁷⁷⁶, ita nunc re ferme in desperationem perducta in Gubernatorem suum Verdugium nihil praeter maledicta atque execrationes euomebant, <347> nunc prodicionis, nunc summae perfidiae atque collusionis ipsum insimulantes.

In hunc statum deductis rebus, secundo Octobris Verdugius vniuerso cum exercitu in superiorem Drentiae partem concedit, ac prope Couerdiam castra locans, in usum Groningensium veterem quandam⁷⁷⁷ atque hactenus inusitatam viam refici curat. Cumque hostes interea arcem /157/ alimentare niterentur, quadraginta plus minus currus commeatu instructos in potestatem suam accepit, et ut in posterum nihil adueheretur, extruendis quibusdam in locis munitionibus laborem nullum intermisit. Interea⁷⁷⁸ Groningam mittit qui cibum atque potum aliaque vitae necessaria compararent, equitum aliquot turmis ipsos ad urbem usque deducentibus. Et vndecimo huius mensis die omnibus rebus instructi, dum reditum pararent, ex improuiso in⁷⁷⁹ hostem incidentes omnes dissipantur, <348> et opimam illi praedam in ipsa via relinquunt, aurigis vna cum equis suis magna ex parte dilapsis. Cum igitur pro numero vehiculorum equos non haberent ut⁷⁸⁰ omnia abducerent, quae commodius poterant, tollunt, caetera in terram ubique proijciunt, effundunt

⁷⁷⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁷⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁷⁶ Geschrap: *detonabant*

⁷⁷⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁷⁸ Geschrap: *ipsemet commeatus inopia laborare incipiens*

⁷⁷⁹ Toegevoegd boven een geschrap: *abs*

⁷⁸⁰ Geschrap: *vna*

consumuntque. Atque hoc modo magna parte commeatus, grandi pecuniae summa, rerumque pretiosarum suppellectili,⁷⁸¹ captiuis, equis, atque iumentis ditati in castra ad suos reuertuntur. A parte Statuum vulneratus captusque est Otto Gans Baro a Polnitz equitum magister, et post⁷⁸² 17 Octob. Groningae moritur.

Intercepto ad eum modum commeatu, dum metu hostium parum ad castra deferretur, magna ibi fuit rerum omnium penuria, quae Indies magis magisque aucta est, adeo quidem ut non pauci milites in grauissimos morbos inciderint, nonnulli fame perierint, cateruatimque plane a signis aufugerint. Reliquos vero <349> praedonum bella imitari non puduit. Atque ita per totam Drentiam obequitantes concursantesque frumentum omne, pecora, oues, atque boues vna ad castra abripiunt. Imo nihil in ipsis terrae visceribus tam fuit absconditum, quod non perscrutati sint, quod quoque non inuenerint, agricolis omnibus vna cum uxoribus, et⁷⁸³ liberis per syluas atque solitudines incertis sedibus oberrantibus, atque ibidem fame et frigore necatis ac consumptis.

Huius ita circum depraedantis subsidij tempore, cum magna vis⁷⁸⁴ siliginis⁷⁸⁵ promiscue tam a iustis dominis quam /158/ ijs, qui castra sequebantur, per fas et nefas comparata intra urbem perueniret, et nullo iam modo fieri posset, ut omnino prohiberetur, circiter 18 Octob. diem, Nassouius iterum prohibet, ne quis ulla de causa ad urbem accederet, <350> et quod durius erat, ne quis posthac⁷⁸⁶ agrum suum vel araret vel⁷⁸⁷ ullo frumenti genere consereret, transgressoribus gladij atque incendij poena denunciata. *Agris enim non consitis, futurae messis spes inanis existit*, quam Groninganis nunc plane eripere studebat.

Undevigesimo Octobris die stationarij milites, qui Groningae pro moenibus erant, mandatu Senatus rus abeunt, ut agricolas violenta manu

⁷⁸¹ Geschrap: *non minima*

⁷⁸² Oorsponkelijk: *postea*

⁷⁸³ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁸⁴ Geschrap: *frumenti*

⁷⁸⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁸⁶ Geschrap: *agricolarum*

⁷⁸⁷ Geschrap: *etiam*

ad urbem compellerent et sequentibus diebus cum frumento alijsque rebus nonnulli aduenere. Quamuis autem parum hoc esset pro tanta multitudine⁷⁸⁸, saepius tamen iteratum praesentem alimoniam ciuitatis nonnihil adauxit, et spem obtinendi ulterius. Equites etiam sui obliti non sunt, sed instar grandinis per Drentiam dispersi aliquot mille oues, praeter equos, vaccas atque boues surreptas in castra abducebant.⁷⁸⁹ Imo inter se inuicem commilitones ipsi⁷⁹⁰ praedas agebant. <351>⁷⁹¹ E templis denique, *quae tuta omnibus refugia praestare solent*, foeminas extrahebant, vestibisque nudatas spoliatasque verberibus non minus quam verbis proscindebant. Et progressu temporis, veteres quoque⁷⁹² calceos⁷⁹³ non mutarunt, nisi cum passim ab agricolis trucidati animam efflarent.

Sub hoc ferme tempus, die nimirum vigesimo octauo, tres simul apparuere soles, vnus scilicet verus sol et duo parelij, qui tandem in vnum orbem omnes concurrebant. Contigit id ipsum Cn. Domitio et L. Annio consulibus. Contigit idem quoque, ut fertur Christi Saluatoris nascentis tempore. Et de eo tum varia fuerunt sapientum iudicia. Neque nunc stupenda Dei opera, quae iam in terra, mari, <352> atque aere quotidie contemplamur, prorsus negligenda putemus. Utinam vero ad eundem modum diuisus hic Ecclesiae atque politiae status, post tot tantasque /159/ concertationes, dissensiones et aerumnas, in vnum tandem verae ac salutaris concordiae orbem rediret. Utinam inquam⁷⁹⁴ hoc praesentis ostenti ratio praemoneret.

Verdugio prope Couerdiam, uti diximus, tempus terente, Nassouius numerosa⁷⁹⁵ classe Billinguoldam allabatur, et eodem⁷⁹⁶ vigesimo octauo Octobris die arcem Weddanam, ante mensem vnum amissam, recuperat, praesidiarijs, quorum 150 erant, non graui obsidione sed

⁷⁸⁸ *pro tanta multitudine*: Toegevoegd boven de regel. Geschrap: *quod iam inferebatur(?)*

⁷⁸⁹ Geschrap: •• *quae*

⁷⁹⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁹¹ Geschrap: *redemissent animalia miseri homines dato aere, alij rursus abegere*

⁷⁹² Toegevoegd boven de regel.

⁷⁹³ Geschrap: *quoque*

⁷⁹⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁹⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁷⁹⁶ Toegevoegd boven de regel.

paucorum denunciatione, non machinis bellicis aut tormentis, sed verbis solum atque minis, ad deditionem compulsis. Porro et templum Winschotanium, Miduoldanumque mercatorum famulis, qui ibi in praesidijs erant, repurgat, Weddanis atque Winschotanis prorsus exarmatis, et ea conditione ne intra seks menses <353> militarent,⁷⁹⁷ dimissis. Per Drentiam vero in pernecem regionum, qui ante Couerdiam castra fecerant, molas quasdam comburi, vel alioqui ad usum communem inutiles reddi procurat. Et ut nihil praetermitti videretur, quo ciuibus Groninganis regiisque copijs incommodaret, iacta pridem semina et iam herbescentia exarare homines iubet.

Interea tertio Nouembris die regij, Friderico Comite Montense ductore, arcem Ruhnanam iam antea mense Augusto hostium aduentu derelictam, admotis tormentis, in deditionem recipiunt. Contra vero Nassouius fortunam suam persequendo Zylum Aduerdianum nauigio repetit, et ad sextum Nouembris diem⁷⁹⁸ terrestri simul et nauali obsidione concludit; in ea vero per biduum tan-<354>tum commoratus, propter crebras pluuias solique putredinem, vel aliam nescio quam causam expositos milites atque tormenta nauigio recipit,⁷⁹⁹ et non multo post rursus in altum deuehitur.⁸⁰⁰

Iam igitur in eum statum deducta res erat, ut nihil vel e vicino agro in ipsam urbem, vel etiam ex urbe alio transmitti posset, nisi militum satellitio stipatum. Atque hoc modo non annonae solum, sed omnium rerum exiguus fuit prouentus, ingens vero caritas, ingens difficultas. Et ut se-<355>mel dicam, magna in ipsa urbe et circum-/160/iacente agro miseria, adeo quidem ut innumeri homines, moerore et tristitia confecti, subitanea et improuisa morte extincti sint. Nec ipsi etiam milites a Groninganis accersiti suum fatum effugere potuere. Nam qui alios diripuerant antea, se inuicem nunc rabiosorum more diripiunt, qui alios ad inopiam redegerant, inopia ipsimet conficiuntur, qui alios dissipauerant, miseros inquam agricolas et fidelissimos regio subditos, ipsi vicissim miserrime dissipantur,

⁷⁹⁷ Geschrap: *Groningam*

⁷⁹⁸ Geschrap: *expugnatam nuper et sibi ereptam munitionem*

⁷⁹⁹ Geschrap: - - *in altum* -

⁸⁰⁰ Geschrap: *Porro Groninganum quoque subsidium, iniuria coeli, fame, ferro et tandem fuga etiam militum supra modum debilitatum diminutumque, infectis prope rebus, in Tuentiam discedit. Qui vero remanebant, utpote violentae frumentationi destinati milites, Senatu iubente statutis temporibus exeuntes, vicatim agricolas intrare.*

fame scilicet, ferro atque frigore supra modum vexati. Verissimum siquidem est dictum, *per quae quis peccat, per eadem etiam punitur*.⁸⁰¹ Nassouiani vero per urbes atque munitiones distributi, in hybernis interea dulci quiete perfruuntur, subcesiuus⁸⁰² tamen temporibus e regijs quamplurimos intercipientes. <356>

Ad eum modum constitutis per Phrisiam rebus, militibusque in hybernis, sicut diximus, collocatis, mense Nouembri Hagae Comitum iterum, quemadmodum praecedentibus etiam annis, noua indicantur comitia, ubi Status vnitarum prouinciarum et primarij duces militiae, de futura expeditione alijsque Reipublicae incumbentibus negotijs in commune deliberaturi, frequentes admodum⁸⁰³ conueniunt.

Diximus libro secundo de veteri controuersia ac dissidio inter Groninganos et Deputatos agri quos vocant commerciorum causa, dum suo quique iuri⁸⁰⁴ pertinacius inhaerent, desaeuiente. Verum enimuero quantopere *omnes urbes atque agri alterius ope indigeant*⁸⁰⁵, *et vix vnum sine altero consistere queat*, serius iam et non nisi cum suo damno didicere. Nam cum olim alterius consuetudine atque conuersione, comer- <357>cijis ultro citroque habendis, perfrui tuto liceret, illud aequo animo tolerare non poterant. Iam vero cum non solum tolerarent lubenter, sed ultro etiam et quidem maxima aeris summa sibi redimerent, non licebat, Nassouianis omnes ubique vias quam diligentissime obsidentibus. Quum itaque ipsi ciues⁸⁰⁶ defectu mercium agricolas, et vicissim agricolae defectu pecuniarum ipsos ciues valde /161/ desyderarent, urgente necessitate ex circumiacente agro Drentiaque delecti viri ipsum Nassouium atque Status prouinciarum continuis supplicationibus precibusque fatigant, incommoda atque damna sua, quod neque agros colere, neque arare, neque⁸⁰⁷ sementem facere, vel cum Groninganis conuersari liceat, enarrant, more maiorum sibi ea denuo permitti, obnixè rogantes. <358> Verdugius quoque, sed diuersa ratione, idem tentabat, nam uti⁸⁰⁸ apud hos Nassouius, ita ille inter Occiduos similibus edictis decertabat. Et quemadmodum ex agro Groningano transgressores agricolas Phrisij Occidui, ita ille vicissim e terminis eorum captiuos abducebat. Interea

⁸⁰¹ Zie voor deze spreuk het Bijbelboek Wijsheid 11:16.

⁸⁰² Feith: *subseciuus*. Zie voor de afwijkende spelling Deel I, Hfdst. V, 3.

⁸⁰³ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁰⁴ Feith: *iure*

⁸⁰⁵ Feith: *indigerent*

⁸⁰⁶ Geschrap: *pecunia*

⁸⁰⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁰⁸ Toegevoegd boven de regel.

opera militum, qui sese quotidie per vicinum agrum longe lateque effundebant, ingens frumenti aliarumque rerum⁸⁰⁹ copia Groningam pervenit. Sed uti libere per agricolas id atque mercatores⁸¹⁰ fieri liceret, neque comminationibus Verdugij, neque pretio, precibusve legatorum, quicquam⁸¹¹ effectum est.

Mense Decembri, de quo iam toties antea diximus, Menda inter regios⁸¹² praedator insignis, cum suo equitatu Phrisiae Occidentalis limites iterum inuectus, quamplurimos agricolas inde captiuos abducit. <359> Ad finem huius anni saeuissima exorta est tempestas, quam quasi per traducem nouus annus exceptit. Et quo diuturnior, hoc magis

1594 exitiosa fuit. Nam ultra tres septimanas continuata terra marique incredibile damnum dedit, ventis atque pluuijs valde⁸¹³ desaeuientibus,⁸¹⁴ et horrendis tonitruis. Adeo ut ad occidentalem Phrisiae partem,⁸¹⁵ quae Batauis contermina est, et alibi circiter 180 naues a fluctibus maris absorptae, homines innumeri submersi, littora atque aggeres miserabiliter concussa, imo turres etiam, aedes, molae⁸¹⁶ atque arbores disiectae ac prostratae sint, maximo equidem ciuitatum maritimarum dispendio.

Per hanc hyemem magnus fiebat rursus a Statibus, magnus etiam a regijs in conscribendis militibus belli apparatus. <360> Ex parte vero regia aliquot per Louwenbergium /162/ conquisiti milites, dum in Westphalia delectus habendi causa conuenirent, Ianuario mense rursus dissipantur, Statuum simul atque Westphalicis equitibus⁸¹⁷ arma iungentibus. Nec multo post tempore, et alij ad 15 signa peditum et aliquot equitum turmas, iam dudum⁸¹⁸ in agro Halensi commorati, dum et neruo belli et armis destituerentur, a Louwenbergio et⁸¹⁹ iam dimittuntur, atque extemplo nomine Statuum rursus conscribuntur, trecentis circiter exceptis.

Posthaec Gallorum signa viginti quatuor cum sex equitum turmis,⁸²⁰ incolumes quidem illi sed numero valde diminu-<361>ti per Tuentiam

⁸⁰⁹ *aliarumque rerum*: toegevoegd boven de regel.

⁸¹⁰ *atque mercatores*: toegevoegd boven de regel.

⁸¹¹ Geschrap: obtinere(?)

⁸¹² Geschrap: *de*

⁸¹³ Geschrap: ••

⁸¹⁴ Geschrap: -

⁸¹⁵ Geschrap: -

⁸¹⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁸¹⁷ Geschrap: *in eos*

⁸¹⁸ Geschrap: *-num commorati, incolumes quidem sed numero valde diminuti per Tuentiam aduenientes, in castris ad Couerdiam positus, sese Verdugio coniungunt Hermanno Comite Montense ducto*

⁸¹⁹ Toegevoegd boven de regel.

⁸²⁰ Geschrap: ••

aduenientes, in castris ad Couerdiam positis, Verdugio sese coniungunt, Hermannocomite Montense ductore.

Circa hoc tempus primum gelare incoepit, et quidem vehementissime. Cumque, omnibus ubique aquis, fossis, atque fluminibus glacie constrictis, nihil usquam inuium esset ac Nassouius⁸²¹ ad prouinciae suae defensionem⁸²² omnes vndique copias contraxisset, ipsum quoque Delffzylum militibus non leuiter euacuum putabatur. Tam pulchram itaque oblatam occasionem regij minime negligendam esse arbitrati, duodecimo die Februarij circa vesperam relicta Groninga, ad trecentos numero securibus, funibus, serris alijsque instrumentis instructi, eo contendunt, et tertia vigilia noctis incautos, uti putabant, aggrediuntur ruptisque repagulis ex parte iam <362> ad valli ipsius summitatem penetrauerant. Caeterum et illis vicissim ad arma conclamantibus, ilico reijciuntur, ad quinquaginta, partim amissis, partim misere sauciatis. Atque ad eum modum ibi excepti, irrito conatu Groningam reuertuntur. Et Delffzylani quoque non sine⁸²³ sanguine tryumpharunt, inter caeteros, Wederspanno vnus signi praefecto amisso, et signifero quodam lethaliter vulnerato.

Iam antea Ernesti archiducis Austriae non semel a nobis est facta mentio. Hic cum esset regiae sanguinis⁸²⁴ Germanus /163/ princeps, et non minus pacis conciliandae quam belli gerendi plenam a rege (uti ferebatur) potestatem haberet, magno apud regios subditos desyderio expectabatur, et post longam tandem expectationem sub finem Ianuarij mensis Bruxellas aduenit, ac protinus ex omnibus oris ad eum⁸²⁵ decernuntur legationes. *Prout enim quisquam adflictus est, ita cupide opem requirit.* Senatus <363> itaque Groninganus de huius etiam aduentu certior factus, altera statim luce Februarij scilicet mensis die vndeugesimo, suos quoque legatos, Ioachimum Ubbena, et Abbatem Rottomiensem, vna cum syndico ciuitatis, muneribus non minus quam negotijs oneratos rursus⁸²⁶ emittit, a celeberrimo veluti medico lethalis morbi, quo iamdudum periclitati fuerant, in tempore medicinam acquisituri. Et equidem, nisi is sauciatum Reipublicae⁸²⁷ statum sua opera iam, praesentique auxilio subleuaret, plane actum videbatur. *Non enim potest in deterius labi fortuna, ubi adflictis rebus opem ferre non possis.*⁸²⁸

⁸²¹ Geschrap: •••

⁸²² Geschrap: - *Couerdiae obsessorum subsidium(?)*

⁸²³ Geschrap: *suorum*

⁸²⁴ Geschrap: ••

⁸²⁵ *ad eum*: toegevoegd boven de regel.

⁸²⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁸²⁷ Geschrap: *praesenti esse(?)*

⁸²⁸ Zie voor de herkomst van deze uitdrukking de noot bij de vertaling.

Interea militaris furor, hactenus nonnihil intermissus, iam denuo et quidem vehementius quam alias vnquam per Drentiam grassari coepit. Adeo ut omnes agricolae, partim nudi et egeni, partim vna cum pecoribus suis, hoc tam difficili et hyema-^{<364>}li tempore, apud alios, et peregrinos et ignotos, diuersis in locis oberrare cogerentur. Atque urbs Groninga hoc tempore,⁸²⁹ ex agris vndique collecta turba, supra modum repleta est, multis in ipsa via fame atque frigore consumptis, multis domi a furioso milite gladio interemptis, vulneratis, spoliatis,⁸³⁰ foeminis etiam non paucis ad libidinem circumductis et abusus. Atque hic quidem primus Gallorum, de quibus modo diximus, fructus fuit, Scythica nimirum⁸³¹ ac Turcica quadam⁸³² crudelitate acerbior. Longe aliter quondam Christiani imperatores bella gerebant. Et extat ea de re elegantissima imperatoris Leonis constitutio, quae sic habet: Ubi⁸³³ in vestra ipsorum ditioe cum exercitu iter fit⁸³⁴, militibus praeciendum est, ut neque praedentur, neque populentur terram. /164/ *Multitudo enim militum si quando licentiam habeat, solute in omnia irruit.* Obiecta enim ante ocu-^{<365>}los praeda, ad cupiditatem inescatur. Ex quo fit, ut vestri saepe vobis inimici atque aduersarij fiant⁸³⁵. Et imperator Alexander Seuerus tribunis militum haec mandata dedit: si⁸³⁶ vis tribunus esse, imo si vis viuere, manus militum contine; nemo segetes atterat; nemo salem, oleum, ligna auferat; nemo ouem alterius rapiat; annona sua miles contentus sit; ex praeda hostium, non ex lachrymis prouincialium, habeat. Caeterum hac tam pia disciplina militari

⁸²⁹ Geschrap: *sicut olim ante destructionem suam Hierosolyma*

⁸³⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁸³¹ Geschrap: ••

⁸³² Toegevoegd boven de regel.

⁸³³ De tekst vanaf *Ubi in vestra* tot en met *aduersarij fiant* is letterlijk overgenomen uit het begin van Cap. IX van de Latijnse vertaling van de *Tactica* van de tiende-eeuwse Byzantijnse keizer Leo VI. De overgenomen passage sluit echter af met *sint*, en niet met *fiant*! Gebruikt is hier: *Leonis Imperatoris de Bellico Apparatu Liber e Graeco in Latinum conversus, Ioann. Checo Cantrabrigiensi Interpr.* (Bazel, 1595) (De eerste editie verscheen in 1554 in Bazel.

⁸³⁴ Feith: *fuit*

⁸³⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁸³⁶ De bewoording van het citaat (vanaf *si vis tribunus esse* tot en met *prouincialium, habeat*) komt overeen met dat in Philipp Melanchthon, *Chronicon Carionis* (Philippi Melanthonis *Opera quae supersunt omnia*, ed. C.G. Bretschneider, Halis Saxonum, 1844, vol xii, p. 994) en in Conrad Heeresbach (1496-1576), *De educandis erudiendisque principum liberis, reipublicae gubernandae destinatis deque republica Christiane administranda epitome libri duo* (Francofurti ad Moenum, 1592), p. 228. Het citaat komt oorspronkelijk uit Flavius Vopiscus, Divus Aurelianus cap. vii (in *Historiae Augustae Scriptores Sex.* (Biponti, 1787), dl. II, p. 158), waar in een enigszins afwijkende bewoording te lezen staat: *Si vis Tribunus esse, immo si vis vivere, manus militum contine. Uvam nullus auferat, segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum, nemo exigat: annona sua contentus sit. De praeda hostium, non de lacrimis prouincialium, habeat.*

iacente, quam miserae rerum offensiones ac lamentabiles conuersiones fortunae saepe⁸³⁷ contingant, quotidiana experientia abunde testatur.

Superius diximus de prohibita a Statibus siue Nassouianis per vicinas ciuitati Groninganae ditones agrorum cultura, semente, mercium frumentorumque ad urbem deportatione. Dum igitur illi in hybernis delitescens propositum suum remissius⁸³⁸ exequentur, regij milites, qui pro moenibus erant, quotidie <366> exeuntes in propinquo agro strenue frumentantur, et quodcumque possunt ratibus impositum Groningam transmittunt. Cumque iam bene sibi de praesenti consulissent oppidani, ad futuram etiam messem prospicientes, emissis edictis hostium plane contrarijs grauissime mandant, ut suum quisque agrum solito more rursus excoleret, araret ac consereret, immorigeris incendij poena proposita. Atque ea omnia 27 Martij die vikatim publicari iubentur. Verdugius quoque eadem de causa ad Nassouium mittit literas, et eas valde minaces, agricolae vero suos legatos, cum supplicationibus valde demissis. Sed neque mandata Senatus Groningani, neque minae Verdugij, neque agriculturalum supplicationes quicquam valere. Quin imo, quod mitigari hoc modo putabant atque aboleri, idipsum iam nunc multo latius extensum, grauiore etiam poena prohibitum fuit, viatoribus camerae Groninganae atque exactoribus tributorum publica fide, /165/<367> qua hactenus usi fuerant⁸³⁹, orbatis, ipsis Drentiae incolis qui metu regiorum, uti diximus, ad urbem confugerant, dira comminatione euocatis, aqua pluua in ipso agro conclusa, et insuper alijs etiam e vicino mari immissis.

De utriusque partis noua militum conscriptione bellique apparatu supra nonnihil attigimus, at vero longe illud dissimili ratione et euentu. Rex enim qui totius orbis potentissimus habebatur,⁸⁴⁰ et ministrorum fraudibus et bellorum mole⁸⁴¹ exhaustus, atque omnibus propemodum hominibus saeuitia exercitus sui exosus, non solum nouas copias non comparare, sed ne veteres quidem sub signis retinere poterat. Ipsi

⁸³⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁸³⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁸³⁹ Feith: *fuerint*

⁸⁴⁰ Geschrap: *neruo belli destitutus*

⁸⁴¹ Geschrap: *pecunia*

vero Status non solum veteres supplemento adaugebant, sed novas insuper quamplurimas per Germaniam conscribent, auxiliares quoque aliquot mille ex Anglia atque Scotia conquirebant. Denique et varia et multa instrumenta bellica conficiebant. <368> *Sed qualis belli apparatus, talis quoque exitus eius esse solet.*⁸⁴² Adueniente itaque vere Guilelmus comes⁸⁴³ Nassouius, relicta Phrisia, cum suis Zuollam tendit, atque ibi Auraicum operitur, coadunatisque legionibus, Hollandicis scilicet, Zelandicis, et ijs quas ex Anglia, Scotia, atque Germania adduxissent, ad centum⁸⁴⁴ viginti⁸⁴⁵ signorum pedestrium et viginti sex equestrium⁸⁴⁶ exercitum

⁸⁴² De bron van deze gedachte is Iustinus, 31,6 (*alius exitus belli quam apparatus utriusque partis fuit*), ook al wijkt zijn bewoording enigszins af. Dichter bij Phebens' woorden staat een aantekening van de latere Johannes Minellius (1633-1664) in zijn Iustinus-uitgave van Leipzig, 1732: *talis quoque fuit exitus belli, qualis fuit apparatus belli in parte utraque.*

⁸⁴³ *Guilelmus comes*: toegevoegd in de marge.

⁸⁴⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁴⁵ Geschrapt: *millia*

⁸⁴⁶ *signorum pedestrium et viginti sex equestrium*: in de marge toegevoegd.

confecerant. Atque ita Ommenam usque, qui non longe a Couerdia distat vicus, progrediuntur. Verdugio quoque iam pridem ad duo millia veteranorum militum, qui hactenus in praesidijs fuerant, adduxerat Hermannus comes Montensis. Sed ille quamuis per totam hyemem, obsidioni Couerdianae pertinacissime inhaerens, ad exercitum hactenus⁸⁴⁷ permansisset, ac nihil magis quam hostium aduentum se sperare saepe iactasset, eum iam serio animaduertens, pridie nonas Maij castra incendit, munitionibusque desertis, duobus aut tribus signis Groningam dimissis, turpissima fuga in Tuentiam discedit. <369> Soluta igitur ad eum modum obsidione, arx statim⁸⁴⁸ omnium rerum copia abunde instruitur. Dirutisque munitionibus in perniciem /166/ ipsius arcis a Verdugio confectis, nouae rursus eriguntur. Cumque duae tantum existerent viae quae Groningam ducunt (una per Veterem Prouinciam, altera per Drentiam) utramque ad aliquot stadia prorsus confodiunt, agrosque omnes prope Weddam retenta aqua inundant. Atque ita oppidanis omnem auxilij spem, regijs vero auxiliandi rationem penitus proscindunt.

Sic constitutis rebus Auraicus atque Nassouius, plane regia manu instructi, Groninganis, qui⁸⁴⁹ iam tum⁸⁵⁰ publicum progressum vnitarum prouinciarum, pro viribus retardarent, vicinisque suis plurimum externo milite incommodarent, iam serio bellum facere proponunt. <370> Atque ita 22 die mensis Maij urbem per quinquennium et ulterius excitatis a longinquo munitionibus circumseptam⁸⁵¹ grauiore iam eaque arctiore⁸⁵² obsidione cingunt, in vicino pago Helpensi castra metantes. Difficile certe atque arduum opus aggressi, nam uti magna atque ampla erat urbs, ita validissimo simul vallo, fossa, propugnaculis, turribus, tormentis, rebusque non minus⁸⁵³ ad bellum, quam ad victum necessarijs, abundabat, ac praeter spem regij subsidij⁸⁵⁴ et exercitatissimos ciues, decem lectissimorum militum signa fouebat. Caeterum *duro nodo durus quaerendus est cuneus*. Primum itaque Status⁸⁵⁵ lignonum magis quam legionum opera utebantur, donec pedetentim⁸⁵⁶, quod aperto Marte et apertis campis non poterant, effossis terrae meatibus

⁸⁴⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁴⁸ Geschrap: *ab Auraico atque Nassouio*

⁸⁴⁹ Geschrap: *in extraneis oris Phrisiae constituti*

⁸⁵⁰ *iam tum*: toegevoegd boven de regel.

⁸⁵¹ In de marge toegevoegd: *per quinquennium et ulterius, excitatis a longinquo munitionibus circumseptam*

⁸⁵² Toegevoegd boven de regel bij het woord *gravi*: *ore iam eaque arctiore*

⁸⁵³ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁵⁴ In de marge toegevoegd.

⁸⁵⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁵⁶ Toegevoegd boven de regel.

siue fossis, ad ipsius urbis moenia tuto peruenirent. His itaque oppletis milite,⁸⁵⁷ vigesimo sexto Maij Senatū populūque Groninganū literis sollicitant, sed cum ne lectae qui-<371>dem⁸⁵⁸ per eundem tabellarium remitterentur, etiam vim adhibuere. Nam sequenti statim die munitionem ad Altiozem pontem sitam occuparunt. Slochteranos eius rei ignaros, illic de nocte allabentes, interceperunt.⁸⁵⁹ Biduo post ipse Nassouius Zylum Aduerdianum aggressus, altero statim die per vim expugnauit, omnibus propemodum militibus vna cum capitaneo suo Prengero interemptis. Denique praeter fos-/167/sas suas, quas magis atque magis quotidie producebant, varias etiam munitiunculas ad comprimendos oppidanos idoneis in locis erexerunt, nihil non hostile quacunq; data occasione⁸⁶⁰ attentantes.

Groningani primo obuiam emisso milite varias habebant cum hostibus velitationes, tormentis quoque miris modis cominus atque eminus eiacula-<372>bantur, iam fossas subterraneas et erectos aggeres, iam palantes turmas militum, iam castra ipsa glandibus petebant. Sed omnia prorsus irritō conatu, quippe⁸⁶¹ fossas tam altas circumquaue duxerant hostes⁸⁶², ut ad omnes ictus tormentorum omnino immunes existerent atque, ut vulgo dicitur, extra telorum iactum positi viderentur. Ne igitur impune⁸⁶³, uti quotidie spectare oculis cogebantur, hostem grassari⁸⁶⁴ permitterent oppida⁸⁶⁵, extra fossam urbis prope turrim Drenckelianam aggerem lunarem munitionis loco instituunt, ex quo postea multum damni dedere, namque diuersis temporibus, ut suo tempore dicemus, eruptione facta ad subterranea⁸⁶⁶ lustra siue fossas hostiles, ingentes strages edidere, multis vna intra moenia abductis.

Cum itaque obsidentes nihilo minus contra omnem vim oppidanorum immoti subsisterent, fodiendo, vehendo, <373> laborandoque sine ulla intermissione progredientes, post multos labores quinto Iunij etiam tormenta adhibuere, atque eo etiam die, duodecim aut tredecim tormentis primum, paucarum horarum spatio ad 250 glandes ferreas non exigui ponderis intra urbem extorserunt. Progressu vero temporis, operibus magis magisque ad ipsa moenia perductis, tormentisque adauctis, neque die neque nocte quieuerunt, aedes, turres, portas, templa,

⁸⁵⁷ Geschrap: *qui quotidie suffectis alijs mutabatur*

⁸⁵⁸ Geschrap: *remitterentur*

⁸⁵⁹ Geschrap: *Vigesi*

⁸⁶⁰ Geschrap: *intermittentes*

⁸⁶¹ Toegevoegd boven een geschrap: *et(?)*

⁸⁶² Toegevoegd boven de regel.

⁸⁶³ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁶⁴ Geschrap: *impune*

⁸⁶⁵ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁶⁶ Feith: *subterranea*

molas⁸⁶⁷, atque moenia glandium vi concussere, ardentis pilas, feruentes globos, saxa vasaque nitrato puluere⁸⁶⁸ atque calce repleta, pice foris obliterata, intra moenia emisere. Quibus omnibus incredibile per totam urbem damnum dedere, et non in aedificia tantum atque structuras, sed in ipsos quoque homines, /168/ milites, ciues, viros, foemi-<374>nas impubesque puerulos, quemadmodum illud continua funera, aediumque ruinae abunde testantur. Ita utrinque diu res agebatur, et equidem tanto cum tormentorum muralium atque manualium strepitu, ut ipsam mundi machinam corruere atque in vnum collabi putasses.⁸⁶⁹ Iam igitur vallum ipsum inferius fossa, in qua latitare aduersus volantes glandes poterant,⁸⁷⁰ conscindere,⁸⁷¹ superius fimo, cespitibusque duplicare, inque nouo propugnaculo prope orientalem portam cuniculos agere, nouumque aggerem, ad quem relicto veteri refugium haberent, eri-<375>gere coeperunt. Denique cum aliud nihil possent maleuoli⁸⁷², rumoribus apud eos⁸⁷³ res agebatur, iam enim praesidia imminere, iam hostem de fuga cogitare, iam cecidisse Nassouium, iam alia conficta rerum nuncia, mendaciaque spargebantur, ut nimirum hac ratione vacillanteis⁸⁷⁴ animos, obiecta spe liberationis,⁸⁷⁵ fulcirent. De Reformatis quoque ciuibus multa sed falso⁸⁷⁶ proposito divulgabant Iesuitarum et Hispanorum complices, iam sibi, iam militibus illos insidias struere, atque ex improviso vitam adimere velle effutientes. Caeterum quod ab illis sibi metuere falso iactabant, id alijs eos non vna vice inferre voluisse detectum est,⁸⁷⁷ factionis auctoribus⁸⁷⁸ a proprio sodalicio facinoris⁸⁷⁹ convictis. Quod si hic iustitiae locus fuisset, *licentia, qua plerumque homines deteriores fiunt*, non tam alte in posterum ca-<376>put, sicuti⁸⁸⁰ factum est, exeruisset.

Duodecimo Iunij secundo ab Auraico simul et Nassouio per tubicinem allatae sunt literae humanitatis atque aequitatis summae plenae, quibus oppidanos ad reconciliationem hortabantur, ac biduo post etiam a Verdugio, qui praeter eximia promissa pro more suo ad perseuerandum instabat. At *qui saepius depraehensus mendax, ei quomodo in posterum credi possit?* Quamobrem

⁸⁶⁷ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁶⁸ Geschrap: *repleta*

⁸⁶⁹ Geschrap: *Neque prius quiescebant fulminando obsessi, quam - - - - - multitudine superati (?), vix vnum atque (?) alterum inde sui - - amplius possent ---iam tum non tantu(?)- - - - - igit(?) - - -* (zie de afbeelding op p. 303).

⁸⁷⁰ Geschrap: ••

⁸⁷¹ Geschrap: *Iam(?)*

⁸⁷² Toegevoegd boven de regel.

⁸⁷³ *apud eos*: toegevoegd boven de regel.

⁸⁷⁴ Feith: *vacillantes*

⁸⁷⁵ Geschrap: *fulsi*

⁸⁷⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁷⁷ Geschrap: ••

⁸⁷⁸ Feith: *auctoribus*

⁸⁷⁹ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁸⁰ Feith: *sicut*

tribuni atque optimates, conuocati 14 Iunij, ipsius magistratus, qui iam etiam vacillare incipiebat, arbitrio atque censurae omnia committunt.

Decimo quinto eiusdem mensis rursus per tubicinem /169/ allatae sunt ⁸⁸¹ e castris literae, ac decimo septimo Iunij die tribunis atque optimatibus ciuium in ipsa curia publice praelectae, et totum negotium iam iterum Senatui demandatur, ut is, quemadmodum sibi⁸⁸² ex usu Reipublicae <377> fore videretur, rem administraret, atque id quidem communi omnium calculo, sola Iesuitica Hispanicaque farragine, impurissima fece, reclamante. Post meridiem extra portam nonnihil dimicatum est, et a parte oppidanorum nonnulli cecidere. Dein post eductas vigilias, fossas hostium iam iterum aggressi⁸⁸³ oppidani inter alios⁸⁸⁴ capitaneum vnum Vuyngartum nomine captiuum intra moenia adduxere.

Post multas fulminationes, quae quotidie horribili⁸⁸⁵ fragore emittebantur, et multorum hominum clades, aediumque ruinas 22 Iunij ingens⁸⁸⁶ matronarum caterua Senatum adit, ut is praesenti malo in tempore subueniret, nec ullo modo committeret, ut post quotidiana ⁸⁸⁷ damna bonorum ipsaemet maritos, liberi parentes suos amitterent, et tandem pauperes effectae, post tristissima funera suorum, vna cum liberis solum vertere <378> cogentur. Post prandium itaque omnes tribus citatae in curia conuenere, ac ⁸⁸⁸ sequenti die totus etiam Senatus, tribuni atque optimates ⁸⁸⁹ ciuitatis, ubi post multam deliberationem inter eos conuenit, ut eodem die⁸⁹⁰ ad castra mitterent, qui de pace ⁸⁹¹ tractarent. Quo facto, statim omnia utrinque tormenta siluere.

Sequenti die mane tabellarius Bruxellis missus intra urbem aduenit cum literis a legatis Groningensibus et Ernesto archiduce Austriae conscriptis; sed hae praeter eximia promissa atque bona verba⁸⁹² habebant nihil. Legatorum quoque tales erant literae⁸⁹³, ut intelligentibus facile esset nihil subsidij reliquum esse intelligere. Die

⁸⁸¹ Geschrap: *literae*

⁸⁸² Toegevoegd boven de regel.

⁸⁸³ In de marge toegevoegd.

⁸⁸⁴ *inter alios*: toegevoegd boven de regel.

⁸⁸⁵ Feith: *horribile*

⁸⁸⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁸⁷ Geschrap: *bonorum*

⁸⁸⁸ Geschrap: 23(?)

⁸⁸⁹ Geschrap: *totius*

⁸⁹⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁸⁹¹ Geschrap: - -

⁸⁹² Toegevoegd boven de regel.

⁸⁹³ Toegevoegd boven de regel.

25 adhuc fuere induciae, et praeter spem octo aduenere nuncij, milites omnes a Verdugio subornati, ac vanis promissis egregie instructi. Cum itaque circa septimam horam Senatus populusque conueniret⁸⁹⁴, <379> et omnibus literae praesentes, tam /170/ eae quae ex castris quam quae Bruxellis missae erant, praelegerentur, Iesuitarum asseclae cum promiscua plebe, aurigis, nautis, piscatoribus, et alijs, qui a Senatu⁸⁹⁵ reliquisque ciuibus dissentirent, illud indigne⁸⁹⁶ tulere, factaque concursione, quemadmodum in factionibus fieri solet, furiosorum instar curiam ingressi, inordinate multa vociferati sunt. Quod cum viderent, qui circa forum habitabant ciues, ex praescripto magistratus simultatis sedandae causa ad arma concurrunt. Tum seditiosa fex Iesuitarum quoque non quieuit, sed arrepta hinc occasione suburbanum militem atque nautas ilico accersit. Qui praedae omnes inhyantes et ad quoduis facinus explendum parati segnes non erant, sed statim superato vallo ciuitatis cuneatim ad forum usque sese proripiunt. Ciues quoque omnes⁸⁹⁷ perterriti ad arma festi-<380>nant; atque ibi et ciues, et nautae et milites cum Iesuitica turba infestis armis subsistunt. Triste erat spectaculum foris potentissimum et industrium aduersarium, intus discordiae malo laborantem ciuitatem intueri. Namque praesens exitium omnibus instare videbatur, commune⁸⁹⁸ inquam incendium, quod nullo modo restingui possit⁸⁹⁹. At vero Deo annuente, ut celeriter ita feliciter sedatum est, praesertim ubi ciues alioqui dissentientes, quos maxime a se inuicem diuulsos cupiebant milites, sub signis suis coniuncti permanerent. Iam enim spes praedae, quam solum spectabant⁹⁰⁰ illi, sublata erat. Nihilominus tamen, cum vniuersos non possent, aliquorum aedes prorsus diripere, paucis vulneratis interemptisque. Sic tanto velut insanientes successu effuse tryumpharunt, suspecta reformatorum nomina ad praefectos militum detulerunt, magistratus auctoritatem⁹⁰¹ plane⁹⁰² con-<381>tempserunt, ⁹⁰³ carceres vi spoliarunt, captiuos relaxarunt, conceptamque pacis opinionem plane irritam fecerunt, explosisque tormentis

⁸⁹⁴ Zie voor dit kenmerkend gebruik van het enkelvoudig werkwoord (*conueniret*) bij een meervoudig onderwerp: Deel I, Hfdst. IV, 6^p ('Syllepsis').

⁸⁹⁵ Geschrap: *dissentirent*

⁸⁹⁶ Geschrap: *ferentes*

⁸⁹⁷ Geschrap: *ad arma*

⁸⁹⁸ Handschrift: *coie* (met een booglijntje boven de letters); Feith leest dit als *commune*. Op deze wijze komt de afkorting niet voor bij Adriano Cappelli, *Dizionario di abbreviature Latine ed Italiane* (1929¹; Milaan, 1979). De uitdrukking *commune incendium* komt in samenhang met *restinguere* voor bij Livius en herhaaldelijk bij Cicero.


⁸⁹⁹ Feith: *posset*

⁹⁰⁰ Geschrap: *milites*

⁹⁰¹ Feith: *auctoritatem*

⁹⁰² Geschrap: *pro*

⁹⁰³ Geschrap: *captivos*



Kroniek, pagina 374 (Groninger Archieven).

inducias fregerunt, hostem quoque ad similia patrandae excitarunt, qui post velut antea horrendum rursus intonuere.⁹⁰⁴ /171/

Vigesimo octavo Iunij oppidani, iterum fossas hostiles adorti, eorum aliquot interfecere. Sequenti die bini tabellarij intra urbem peruenere, ab Hermanno Comite Montensi emissi, qui, praeter literas de aduentantibus subsidijs multa adferebant, quae statim, quemadmodum *ciuitas ad credenda accipiendaeque omnia noua facilis*,⁹⁰⁵ etiam pro veritate habebantur, apud eos inquam qui id summopere desyderabant. Mox, *ut in magnis mendacijs, interfuisse se quidam et vidisse hostiles copias impedimenta sua remouere*⁹⁰⁶ adfirmabat. Caeterum <382> hoc die fossis ad orientalis portae propugnaculum perductis ipsam fossam terra replere

⁹⁰⁴ Vergelijk Juvenalis, 6, 485: *intonet horrendum*

⁹⁰⁵ Tacitus, *Historiae* I, 19.

⁹⁰⁶ Tacitus, *Historiae* 1,34.

incipiebant, a latere castrorum in longitudinem aggerem extendebant, alijs in locis munimenta erigebant, et ne quis ingredi ullo modo posset, nocturno tempore in apertis campis stationes militum locabant: tantum aberat ut decessum meditentur.

Ab initio mensis Iulij usque ad finem obsidionis varijs vicibus variaque fortuna, tum in planis campis, tum in ⁹⁰⁷ fossis hostium dimicatum est, e pabulatoribus non minus quam militibus interdum aliquot concisis, captis vulneratisque. Quinto vero huius mensis hostes, repleta fossa propugnaculi noui⁹⁰⁸, in ipso vallo cuniculos agere, et sequentibus diebus prope vetus propugnaculum et portam dominicam tribus diuersis in locis fossam urbis ad-<383>uecta terra ⁹⁰⁹ lignis arbustisque implere coeperunt. Nec multo post vndecimo Iulij partem noui propugnaculi fodiendo inferius a reliquo vallo diuulserunt, ac statim, audaculis aliquot ad supremiorem eius contendentes, terramque lignonibus amouentibus, apud praesidiarios ad arma conclamatum est. Itaque hoc et sequenti die, varijs telorum generibus, hastis, baculis, saxis, ⁹¹⁰ fundis, ferreis tribulis, nec non et coronis piceis, calce, feruenteque aqua desuper pugnarunt.

Tertio decimo die mensis Iulij Senatus populusque Groninganus et tribuni plebis rursus congregati sunt, de Reipublicae gliscentibus miserijs in commune deliberaturi. /172/ Et sequenti die etiam ipse clerus in consistorio suo eandem ob rem conuenit.

Decimo quinto Iulij e praesidiarijs ⁹¹¹ urbis aliquot, temerario <384> magis impetu quam⁹¹² ratione ducti, cuniculos hostium tentaturi, dum alios opprimere conantur, de suis aliquot ipsimet amisere. Et cum vix tribus passibus a se inuicem distantes quotidie colloqui possent, post multos sermones et convitia tandem quasi conuiuiae facti, haecia primum hostes cum cereuisia anglicana praesidiarijs, et hi vicissim hostibus cereuisiam Groninganam porrigebant. Huiusmodi fercula, ut erant per haec tempora inusitata praesidiarijs, ita auidissime sumebantur. Verum eniuero, *ut nihil tuto in hoste despicitur*,⁹¹³ sub hisce delicijs, ut mox dicitur, fella erant recondita.

⁹⁰⁷ Geschrap: *plan(?)*

⁹⁰⁸ Toegevoegd boven de regel.

⁹⁰⁹ Geschrap: *implere*

⁹¹⁰ Geschrap: *flagellis*,

⁹¹¹ Geschrap: *aliquot*

⁹¹² Toegevoegd boven de regel.

⁹¹³ Curtius Rufus, 6,3,11.

Interea colonellus ciuium vna cum capitaneis suis atque praefectis signorum in dicasterio suo conuenit, indicans eis, cum hostes indies magis magisque progrediantur, de duobus vnum esse faciendum, *aut acrius resistendum, aut <385> in*⁹¹⁴ *tempore de pace tractandum*. Utrumque etiam in corona ciuium omnibus proponitur, et post multam deliberationem res tota, sicut antea, Senatus arbitrio committitur, qui dierum quinque dilationem designauit. Caeterum prima statim vigilia insequentis noctis, quum solito more candentibus⁹¹⁵ pilis, saxis et pyrobolis diu multumque eiaculassent hostes, pulsus tympanis ad arma concurrunt. Et ecce, ilico propugnaculum oppidi nouum, accenso puluere tormentario ingenti fragore disrumpitur, flammis vna cum tellure, lignis, armis virisque in aera euolantibus. Reliqui utpote post esum halecium quoque cereuisia vinoque, dum largius bibissent, obruti, [somno]⁹¹⁶ potius quam vigilijs intenti, superuenientibus hostibus omnes vel gladio caesi, vel in fossa urbis, quam tranare tentabant, submersi interiere⁹¹⁷. <386>

*Sic titulo obsequij, quae mittunt hostibus hostes
Munera, venturi praescia fata ferunt.*⁹¹⁸

⁹¹⁴ Toegevoegd boven de regel.

⁹¹⁵ Geschrap: *globi*

⁹¹⁶ Feith; *somno*; handschrift: *sumno*

⁹¹⁷ Feith: *interiore*

⁹¹⁸ Alciatus, *Emblematum Liber* (Augsburg, 1531), *Emblema* clxviii. Zie de toelichting in de noot bij de vertaling.

/173/ Et hoc stratagemate hostes voti compotes facti in ipso propugnaculo sua signa erexere, e praesidiarijs ad ducentos ⁹¹⁹, ex alijs paucis quidem et inter eos capitaneo quodam Scotico atque signifero peremptis. Ac quamuis oppidani ab ea hora usque ad ipsam lucem incredibili fragore in hostem fulminarent, dum a praesidiarijs iam pridem erecto, sicut diximus, aggere extra telorum iactum positi essent, nihil efficere potuere: *proprio facto sibimet ipsis*, uti saepe fit, *perniciem adferentes*.

Sexto decimo Iulij Abbates quidam atque praelati, ut vocant, et tres urbis pastores magistratum oblato libello supplice ad pacis ineundae conditiones instigant, ac si id non fieret, se ab ulteriore sanguinis effusione immunes haberi velle protestantur. Quod itaque iam an-^{<387>}tea Senatus arbitrio permissum erat, et non semel male feriatorum hominum inquietudine impeditum, id iam per omnes cohortes atque tribus tanquam commune placitum populi, ⁹²⁰ non aliquot mensium, sed multorum annorum taedium hactenus sustinentis,⁹²¹ ⁹²² subscriptione confirmatur. ⁹²³ Quamobrem eodem etiam die internuncius pacis acceptandae causa ad Generales Status, Mauritium, atque Guilielmum, belli duces, in castra ablegatus est, et ante solis occasum cum literis alius Statuum nomine intra urbem reuersus.

Decimus⁹²⁴ septimus dies Iulij hinc mittendis tabellarijs atque nuncijs, illinc glandibus tormentorum consumptus est, atque vno in urbe exploso, viginti contra explodebantur, sic ut omnibus in urbe inidoneis factis tormentis, propugnaculo amisso, fossa in multis lo-^{<388>}cis propemodum repleta, turribus concussis, ciuibus sicuti et militibus quamplurimis absumptis, ac, quod maius erat, tanto iam tempore commertijs exuti, et diuturno quasi carcere intra moenia conclusi, ac tandem a rege deserti oppidani ad pacem Indies magis magisque inclinarent.

⁹¹⁹ Geschrap: *peremptis*

⁹²⁰ Geschrap in de marge: •• *praesertim*

⁹²¹ *non aliquot mensium, sed multorum annorum taedium hactenus sustinentis*,: toegevoegd in de marge:

⁹²² Geschrap: -

⁹²³ Geschrap: *ipsis* - - - - - *i•sdem propositum consentientibus*

⁹²⁴ In de vertaling van deze lange zin is de anakoloet verdoezeld die erin schuilgaat. De anakoloet treedt op na de plotseling afgebroken reeks van vijf ablativi absoluti constructies (*inidoneis factis tormentis* tot en met *civibus ... et militibus ...absumptis*), terwijl het onmiddellijk daaropvolgende *ac* aangeeft dat de gedachte doorloopt (en zelfs nog wordt versterkt met de woorden *quod maius erat*). Toch sluit de grammaticale opbouw van deze voortgezette gedachte niet aan bij het eerdere *sic ut* dat aansluit op *oppidani ... inclinarent* aan het slot van de zin. Zie voor de anakoloet Deel I, Hfdst. IV, 6^b.

Decimo octavo die cum tubicine Auraico internuncius Groninganus intra urbem redijt, et post utrinque fuere /174/ induciae. Interim praesidiarij milites publica fide extra moenia urbis egressi, corpora iam pridem in ipso propugnaculo amissorum e terrae visceribus eruere vel e fossa urbis expiscari coeperunt, militibus utrinque atque ciuibus Groninganis id palam inspectantibus. Praelectae sunt etiam incolis ipsius ciuitatis literae, ne quis legatos et venturos e castris obsides vel verbo vel facto laederet, idque sub poena capitis et omnium bono-<389>rum amissione. Tam boni propositi optimam spem in multorum animis iam firmiter conceptam pessimi nebulones iterum vellicare et plane, si potuissent, euertere non desiere. Iam enim Comitum Montensem cum tredecim armatorum millibus non longe abesse, iam ab eodem Burtangiam occupatam asserebant. Porro hostes fidem non esse seruatuos, et utcunque seruarent, Hispanos non quieturos. Postremo tam *celsa et invicta moenia tam exiguo temporis spatio, nisi summo cum dedecore et perpetua apud omnes gentes ignominia, hostibus non tradenda*. Hisce querelis nouam addebant conspirationem, sed antequam robur sumpsisset, detecta fraude ultro concidit. O dolosa machinatio Iesuiticae sanctitatis! O execrabile flagitium eorum qui tantum malum proprijs membris irrogare non verentur! *Certe nec priuatos focos, nec <390> publicas leges, nec libertatis iura cara habere possunt, quos discordiae, quos caedes ciuium, quos bellum ciuile delectat eumque ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto.*⁹²⁵ Caeterum quid non caecitas humanae mentis potest? Imo quid non⁹²⁶ mens sibi conscia mali? Ut recte liceat nobis dicere, *turpem causam [ingressos]*⁹²⁷ *semel, ut obtinere queant, etiam peiora designare.*

Undevigesimo Iulij communi omnium ciuium voluntate ex urbe duodecim in castra missi sunt legati, qui cum Statibus vnitarum Provinciarum, nec non Auraico et Nassouio de pace tractarent. Atque a meridie quinque obsides intra urbem reuersi sunt, utrinque omnes honorifice et summo cum gaudio excepti.

/175/ Vigesimo Iulij publice pactae sunt ac retentae induciae; interim utrinque arma atque opera cessarunt, pecoribus libe-<391>re per pascua oberrantibus. Sequenti die

⁹²⁵ Cicero, *Oratio Philippica tertia decima* 1,1.

⁹²⁶ Toegevoegd boven de regel.

⁹²⁷ Feith: *ingressos*; handschrift: *ingressi*

prorogatae sunt induciae, et circa vesperam e legatis Groninganis nonnulli intra urbem rediere, habentes quod tractatus habendi causa in Senatu referrent.

Vigesimo secundo eius mensis magnus Senatus cum senioribus, optimatibus, aedilibus atque tribunis plebis, nec non omnibus iuratis totius ciuitatis in curiam vocati conuenere, de re a legatis proposita censuram facturi. Nec multo post ad castra rursus delati cum Statibus et praedictis eorum militiae ducibus inclytæ Nassouicae domus fortissimis heroibus plane transegere. Conditiones pacis praecipuae his erant de rebus conceptae: de [ἀμνηστία]⁹²⁸ et offensionum omnium obliuione; de ciuium Groningensium cum vnitis prouincijs noua confoederatione; de priuilegiorum, iurium, atque libertatum <392> retentione; de exercitio religionis, monasterijs, et bonis ecclesiasticis; de recipiendo in urbe praesidio, munitionumque per agrum extructarum demolitione; praeterea de generalibus medijs ad bellum necessarijs, et contributionibus; item de restitutione exulum, et optione manendi vel discedendi ciuibus concessa; adhaec de legatis Groninganis ⁹²⁹ Bruxellis commorantibus, et ciuibus captiuis; postremo de electione magistratus, praestandoque iuramento fidelitatis, nec non rerum ad Regem spectantium traditione, atque praesidij eiusdem ex urbe discessu. Quae omnia cum prolixam nimis requirant enarrationem, lectorem ad⁹³⁰ ipsos fontes, hoc est articulos pacis, qui in omnibus manibus versantur, hoc tempore remittimus.

Vicesimo tertio Iulij portae iam dudum clausae, uti diximus, rursus apertae sunt, ac cuilibet data est libera ingrediendi egrediendique potestas. Interea temporis a ciuibus quibusdam, militibus,⁹³¹ sacerdotibus, peregrinis, atque aduenis templa repurgata sunt, simulachris, aris, imagini-/176/busque magno cum zelo deturbatis, libris, vasis, vestibus alijsque supellectilibus pontificijs amotis. Posthaec circa meridiem regij ad nouem signa, valde tamen mutilata, portis egressi sunt (una cum Iesuitis et sacerdotibus nonnullis) signa, sarcinas, arma, atque impedimenta omnia secum ferentes, eo tamen pacto, ne intra tres menses

⁹²⁸ Handschrift: ἀμνηστία [sic]; Feith: ἀμνηστία [sic]

⁹²⁹ Geschrap: , atque ciuibus

⁹³⁰ Toegevoegd boven de regel.

⁹³¹ Toegevoegd boven de regel.

cis Rhenum castra regis sequerentur. Mox Generalitatis signa decem rursus ingressi, et posthaec ipse etiam Mauritius Auraicae princeps, ac Guilielmus Comes Nassouiae eius loci constitutus Gubernator,⁹³² lustratoque vallo atque moenibus oppidi protinus in castra recedunt.

Vigesimo quinto Iulij Gubernator Nassouius, et paulo post etiam Auraius vna cum Anhaltino, Witgenstenio et tribus fratribus Guilielmi⁹³³ <394> ac totidem Solmensibus comitibus, nec non et Generalibus Statibus alijsque illustribus comitati viris intra urbem sese recepere; hic in aula Verdugiana, ille vero in aedibus pastoralibus, hospitio receptus.

Sequentibus diebus, *ut est natura hominum novitatis avida*, ingens ex omnibus oris fit⁹³⁴ hominum ad hanc urbem concursus et, ut summatim dicam, turmatim cuncti quasi ad spectaculum congregantur. Iam tormentis concussa moenia, laceratas turrets, portas atque aedes, iam castra Statuum, munitiones, tormenta, pontes, naues, scalas, fossasque subterraneas summo cum stupore speculantur. Idem extra urbem fecere ciues, dicentes sicut apud Maronem Troiani:

Panduntur portae, iuuat ire et Dorica castra
 Desertosque videre locos, littusque relictum:
 Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles,
 Classibus hic locus, hic acies certare solebant.⁹³⁵

⁹³² Geschrap: *vna cum* - - *Ascanio principe*

⁹³³ Geschrap: *comitis*

⁹³⁴ Feith: *fuit*

⁹³⁵ Vergilius, *Aeneis* 2,27-30.

Vigesimo septimo Iulij, purgatis iam ab idolorum farragine templis atque monaste-
<395>rijs, prima in aede S. Martini habita est concio, verbum Dei ex prophetico et
apostolico splendore plenis buccis ibi annunciante Mensone Alting pastore
Embdense, et sequenti die Sibrando Lubberto, /177/ theologiae doctore, scholae
Franekeranae professore, viris doctissimis.

Tertio Augusti ⁹³⁶ curia a Gubernatore et ipsis Statibus repurgata est, abolitoque
veteri Senatu, nouus eligitur, et ab eodem mox alij magistratus inferiores. Imprimis
vero ecclesiae ministri noui reformatae religionis, et scholarum magistri, e diuersis
locis acciti, constituuntur. *In omni siquidem Republica primum ac praecipuum est
curatio rerum diuinarum⁹³⁷: Religio scilicet et timor Domini, qui solus custodit
hominum inter se societatem⁹³⁸, et sine quo vita hominum stultitia, scelere, et
immanitate complebitur⁹³⁹.* <396>

Ita constitutis a magistratu in Ecclesia atque πολιτεία⁹⁴⁰ rebus, arrepta est tenore
tractatus a Statibus vetus illa et iam toties inter Groninganos et Agrenses siue
Deputatos agri, ut vocant, repetita de mercatura et gubernatione quaestio; misso a
Generalitate D. Elberto Leonino Geldriae Cancellario,

⁹³⁶ Geschrap: *ipsa*

⁹³⁷ Aristoteles, *Liber politicorum*, 7, 8 (vergelijk Lipsius, *Politicorum sive civilis doctrinae libri sex* (Leipzig, 1574), 4,2; zie verder de noot bij de vertaling).

⁹³⁸ Lactantius, *De ira* 12 (vergelijk Lipsius, *Politicorum sive civilis doctrinae libri sex* (Leipzig, 1574), 4,2).

⁹³⁹ Lactantius, *De ira* 8 (vergelijk Lipsius, *Politicorum sive civilis doctrinae libri sex* (Leipzig, 1574), 4,2).

⁹⁴⁰ Feith: *politia*

Sebastiano a⁹⁴¹ Lozen, et Joanne Witten, eius causae Commissarijs, viris ab omni parte doctissimis atque prudentissimis. Hi Groningam delati, ut partes transactionis potius quam actionis iure conciliarent, nullam operam omisere. Caeterum dum pertinacius suo utrinque iuri⁹⁴² inhaerent, hac ratione nihil efficere potuere. Interim valor monetae tempore, et ipsa tempora a Pontifice Romano (sicuti libro tertio annotauimus) immutata, ad pristinum statum a magistratu revocantur. ⁹⁴³ Aggeres maris atque urbis, hi tormentis bellicis, illi fluctibus aquarum misere dilacerati, reparantur. Terminatoque inter litigantes processu, <397> utriusque partis consensu Reipublicae status siue gubernationis a Gubernatore et iam dictis commissarijs formatur. Ac tandem 27 Febr. super momentanea possessione controuersae negotiationis siue mercaturae pro ciuitate pronuntiatur.

Ita amplissima quondam urbs et florentissima Respublica post foedissimam idololatriam ad verum Dei cultum, post diuturnum et crudele intestinum bellum cum vicinis /178/ suis gestum ad optatam pacem, post diutissimae et⁹⁴⁴ acerrimae obsidionis taedium ad veterem tranquillitatem, ac ut summatim omnia complectar, post multas perpassas miserias et angustias ad summam prosperitatem (Deo eius sortem miserante) feliciter peruenit.

⁹⁴¹ Toegevoegd boven de regel.

⁹⁴² Toegevoegd boven de regel, nadat *iuri* is veranderd in *utrinq[ue]* -

⁹⁴³ Geschrap: P••••

⁹⁴⁴ *diutissimae et*: in de marge toegevoegd.

BIBLIOGRAFIE

In deze bibliografie zijn in de regel alleen die titels van gedrukte werken en handschriften opgenomen die vaker voorkomen in de inleiding op het leven en werk van Phebens en in de voetnoten bij de Latijnse tekst en vertaling.

Zie voor verwijzingen naar de digitale editie van de Latijnse tekst (de editie van Feith en deel III bij dit boek) hier beneden, onder Gedrukte boeken en websites, s.v. Phebens.

1. Gedrukte boeken en websites

- Aa, A.J. van der, *Biographisch woordenboek der Nederlanden* (1852-1878)
- Aa, A.J. van der, *Aardrijkskundig woordenboek der Nederlanden* (Gorinchem, 1843)
- Alting, zie: *Diarium* van Egbert Alting
- *Biografisch portaal van Nederland*: <http://www.biografischportaal.nl>
- *Biografisch lexicon voor de geschiedenis van het Nederlands protestantisme* http://resources.huygens.knaw.nl/retroboeken/blnp/#page=0&accessor=accessor_index&view=homePane
- Boekholt, P.Th.F.M. e.a., *Rondom de Reductie. Vierhonderd jaar provincie Groningen, 1594-1994* (Assen, 1994)
- Boeles, Mr. W.B.S., 'Het leven en de verdiensten van Eggerik Egges Phebens', in: *Bijdragen tot de geschiedenis en oudheidkunde inzonderheid van de provincie Groningen*, dl. I, (1864), p. 255-272
- Bor, Pieter, *Oorsprongk, begin en vervolgh der Nederlandsche oorlogen* (Leyden / Amsterdam, 1621)
- Bor, Pieter, *Vervolgh der Nederlandtsche Oorloghen, beroerten, ende Borgerlijcke oneenicheyden*, Tweede Deel (Leyden / Amsterdam, 1621)
- Broek, Jan van den, *Groningen een stad apart. Over het verleden van een eigenzinnige stad (100-1600)* (Groningen, 2007)
- Broek, Jan van den, *Het geheime dagboek van de Groninger stadssecretaris Johan Julsing 1589-1594*. Inleiding, tekst, vertaling en toelichting, Groninger Bronnenreeks 2, (Assen, 2006)
- Broek, Jan van den, *Het verbaal van dr. Wilhelmus Hammonius, syndicus van de stad Groningen. Deel I: 1587-1589; Deel II: (1589-1592)* (Groninger Archieven, 2008)
- Broek, Jan van den, *Voor god en mijn koning: het verslag van kolonel Francisco Verdugo over zijn jaren als legerleider en gouverneur namens*

Filips II in Stad en Lande van Groningen, Drenthe, Friesland, Overijssel en Lingen (1581-1595) (Assen 2009)

- *Catalogus eener belangrijke verzameling boeken, pamfletten, charters, verzegelingen, handschriften, enz., inzonderheid betreffende de geschiedenis van het regtswezen van de stad Groningen en Ommelanden vóór 1795; zijnde een gedeelte der letterkundige nalatenschap van den weledel geboren heer A.J. de Sitter (...) overleden den 17 Junij 1814* (Groningen 1863)

- Dekker, Gudrun Anne, *Ubbo Emmius: Leben, Umwelt, Nachlass und Gegenwart. Biographie* (Norderstedt, 2010)

- *Diarium van Egbert Alting, 1553-1594*, red. W.J. Formsma en Mr. R. van Roijen (Den Haag, 1964)

- *Dutch Revolt: <https://dutchrevolt.leiden.edu/Pages/start.aspx>*

- *Effigies & vitae professorum Academiae Groningae & Omlandiae: cum historiola foundationis ejusdem Acad.* (Groningen 1654; facs. ed. Groningen 1968)

- Emmius Ubbo, *De Agro Frisiae inter Amasam en Lavicam flumina. Deque urbe Groninga in eodem agro et de jure utriusque. Cum serie Magistratum praecipuorum* (Groningen, 1605)

- Emmius, Ubbo, *De Agro Frisiae inter Amasam en Lavicam et deque urbe Groninga in eodem agro et de jure utriusque syntagma cum serie Magistratum praecipuorum* (Groningen, 1646)

- Emmius, Ubbo, *Willem Lodewijk, graaf van Nassau (1560-1620): stadhouder van Friesland, Groningen en Drenthe*, vert. P. Schoonbeeg (Hilversum, 1994)

- Eppens: *De kroniek van Abel Eppens tho Equart*, 2 delen, red. J.A. Feith en H. Brugmans, (Werken, uitgegeven door het Historisch Genootschap, gevestigd te Utrecht, Derde serie, 27 en 28), (Amsterdam 1911-1912)

- Erasmus, *Adagia: zie dl. II van Desiderius Erasmus, Opera omnia ... studio et opera Joannis Clerici ... in decem tomos distincta* (Leiden, 1703-1706)

- Fagel, R.P., *Kapitein Julián: De Spaanse held van de Nederlandse Opstand* (Hilversum, 2011)

- Feenstra, H., *Spinnen in het web. Groningse regenten in relatie tot het omringende platteland tijdens de Republiek* (Assen, 2007).

- Feith, J.A. / H.O.: zie Eppens / Phebens (1867)

- Feith, Henricus Octavius, *De Gildis Groninganis*, (Groningen, 1838)

- *Nieuw Nederlands Biografisch Woordenboek*, red. P.C. Molhuysen, P.J. Blok, 10 dln. (Leiden, 1911-1937)

- *Groninger Encyclopedie*, 2 dln., red. K. ter Laan (Groningen, 1955)

- Hooft, P.C., *Nederlandsche Historien*, in: Pieter Corneliszoon Hooft, *Alle de gedrukte werken, 1611-1738*. Deel 4 en 5, eds. W. Hellinga en P. Tuynman (Amsterdam, 1972)
- Huninga, Ioh., zie: *Oratio fynebris in honorem Amplissimi Doctissimi atque Optimi Dni. Eggrici Eggæi Phebens*
- Meteren, Emanuel van, *Historie der Nederlandsche oorlogen en beroerten* (Goringhem/Breda, 1747)
- *Nieuw Nederlands Biografisch Woordenboek*, red. P.J. Blok, P.C. Molhuysen, 10 dln. (Leiden, 1911-1937)
- *Nieuwe Groninger Encyclopedie*, 3 dln., red. P. Brood *et al.* (Groningen, 1999)
- Oosterhuis, Ton, *De doornhaag om de kruidentuin: het leven van de watergeus Bartolt Entens van Mentheda* (Soesterberg, 2012)
- *Oratio fynebris in honorem Amplissimi Doctissimi atque Optimi Dni. Eggrici Eggæi Phebens Senatoris in rep. Groningana præstantissimi, post varias & maximè honoratas reip. istius partes cum laude administratas piè defuncti anno MDCXV die XII Novemb.: habita in auditorio Academiae Theologico die XXII. Novemb. a Ioh. Huninga Ostvoldano I.V.D. et Professore ordinario. Addita sunt programma D. Magnifici & amicorum in defuncti laudem Epigrammata & Epitaphium* (Groningae. Excudebat Ioannes Sassius, Ordinum & Academiae Typographus, Anno 1616)
- Petit, Jean François le, *La grande chronique ancienne et moderne de Hollande, Zeelande, Westfrise, Utrecht, Frise, Overysse et Groeningen, jusques à la fin de 1600, recueillie tant des histoires des dites Provinces, que de divers autres auteurs*, 2 delen (Dordrecht, 1601)
- Phebens: de Latijnse tekst van de Kroniek is digitaal beschikbaar in twee versies. De oudste versie, de editie van H.O. Feith, is beschikbaar als Google book; zie hiervoor onder: Phebens (1867). De nieuwe editie (deel III bij dit door uitgeverij Verloren gepubliceerde boek) is te vinden op: <https://verloren.nl/Webshop/Detail/eid/64074> (website Uitgeverij Verloren) en <https://hdl.handle.net/21.12105/04B18B0C0B471895E0630132A8C07710> (website Groninger Archieven; waar de Latijnse editie ook is terug te vinden onder: inventarisnummer 34601.1 in toegang 1957).
- Phebens (1867): Mr. H.O. Feith, *Kronijk van Eggerik Egges Phebens van 1563-1594. Naar een handschrift uitgegeven*, Werken van het Historisch Genootschap, gevestigd te Utrecht. Nieuwe Serie N°. 7 (Utrecht, 1867): https://books.google.nl/books?id=xoZBAAAACAAJ&printsec=frontcover&hl=nl&source=gbv_ge_summary_r#v=onepage&q&f=false

- Raa, F.J.G. ten, en Bas, F. de, *Het staatsche leger, 1568-1795*, 2 dln. (Breda, 1911-1913)
- Rengers, *Kronijk*: zie dl. I en II van *Werken van den Ommelander edelman Johan Rengers van Ten Post*, 3 dln., red. H.O. Feith (Gron. 1852-1853)
- Ros, F.U., *Rennenberg en de Groningse malcontenten* (Assen, 1964)
- Sitter, A.J. de: zie *Tegenwoordige staat der Verenigde Nederlanden*
- Stratingh, G.A. en Venema, C.A., *De Dollard of geschied-, aardrijks- en natuurkundige beschrijving van dezen boezem der Eems* (Groningen, 1855)
- *Tegenwoordige staat der Verenigde Nederlanden. Twintigste deel vervattende eenen aanvang der Beschryving van Stad en Lande* (Amsterdam, 1793) [anoniem verschenen, doch geschreven door Mr. A.J. de Sitter
- *Tegenwoordige staat der Verenigde Nederlanden. Een en twintigste deel vervattende het vervolg der Beschryving van Stad en Lande* (Amsterdam, 1794) [anoniem verschenen, doch geschreven door Mr. A.J. de Sitter
- Wal, Mr. J. de, *Nederlanders, studenten te Heidelberg* (Leiden, 1886)
- Wijk, Dynke van der, *Chronicon rerum in Frisia et praecipue circa Groningam gestarum Eggerici Eggaei Phebens: de auteur en zijn werk* (ongepubliceerde afstudeerscriptie GLTC, Faculteit der Letteren, Rijksuniversiteit Groningen, 1990)
- Woltjer, J.J., *Friesland in hervormingstijd* (Leiden, 1962)
- Woude, C. van der, *Sibrandus Lubbertus. Leven en werken in het bijzonder naar zijn correspondentie* (Kampen, 1963), p. 29-36;
- Idem, 'Sibrandus Lubbertus', in *Biografisch lexicon voor de geschiedenis van het Nederlands protestantisme*, dl. I (1978), p. 143-145
- W.M. Zipser, 'Ioannis (Janssens), Erasmus' in: *Biografisch lexicon voor de geschiedenis van het Nederlands protestantisme*, dl. 3 (1988), p. 200-202 (= http://resources.huygens.knaw.nl/retroboeken/blnp/#source=3&page=200&accessor=accessor_index&view=imagePane)

2. Handschriften en zeldzame drukken

- Phebens, *Chronicon rerum in Phrisia et praecipue circa Groningam gestarum etc.* (handschrift in Groninger Archieven, Toegang 2044, inv. nr. 32)
- *Programma funebre* van Eggerik Phebens (gedrukte aankondiging: Groningen, Universiteitsbibliotheek signatuur 1615.11.20)
- *Programma funebre* van Eggo Phebens (gedrukte aankondiging: Groningen, Universiteitsbibliotheek signatuur: PF 1649-3-13)

CHRONICON RERVM IN PHRISIA ET PRAECIPVE CIRCA GRONINGAM GESTARVM

- *Verzamelhandschrift van aktes uit Oldambt* (deels gekopieerd door Eggerik Phebens) (handschrift in Groninger Archieven, Toegang 2043-133)

Dit boek bevat de eerste Nederlandse vertaling van de Latijnse *Kroniek* van **Eggerik Egges Phebens** (1556-1615). Deze kroniek handelt over de vroegste periode van de Tachtigjarige Oorlog in Groningen en in de omliggende provincies, namelijk de jaren 1565 tot 1595. Er zijn in deze provincies weinig literaire geschriften uit deze periode bewaard gebleven.

Phebens spreekt met afgrijzen over de ‘akeligste oorlog’ tussen de Staten der Nederlanden en de koning der Spanjaarden. Hij schrijft dat die oorlog met zuivere bedoelingen omwille van de religie en de vrijheid begonnen was. Daarna had deze zich in zijn ogen onnodig lang voortgesleept door wijdverspreide corruptie en door winstbejag en eigenbelang van de oorlogsprofiteurs.

Phebens was afkomstig uit het Oldambt, en misschien ook daardoor bijzonder begaan met het trieste lot van de bewoners van het boerenland. Juist zij werden bij voortduren door vriend en vijand belaagd.

Het handschrift van de *Kroniek* is door Eggerik Phebens zelf geschreven en hier en daar door zijn vriend Ubbo Emmius geannoteerd. De Latijnse tekst is in 1867 voor het eerst uitgegeven door de Groninger archivaris H.O. Feith.

Deze nieuwe uitgave bevat naast een inleiding over leven en werk van Phebens een Nederlandse vertaling van de *Kroniek*. Daarnaast is ook een nieuwe Latijnse editie digitaal beschikbaar op de website van de uitgever (<https://verloren.nl/Webshop/Detail/eid/64074>) en die van de Groninger Archieven (<https://hdl.handle.net/21.12105/04B18BoCoB471895E0630132A8Co7710>).

Over de auteur

Zweder von Martels (1954) was voorheen verbonden aan de afdeling Griekse en Latijnse Taal en Cultuur van de Rijksuniversiteit Groningen. Daar ging zijn aandacht met name uit naar de Latijnse literatuur van de Late Oudheid, van de Renaissance en daarna. Zijn interesse voor het Groningse humanisme voerde hem naar de *Kroniek* van Eggerik Egges Phebens. Samen met Michel Goldsteen gaf hij eerder twee boeken uit bij Uitgeverij Verloren: *Ogier Ghiselin van Boesbeeck, Vier brieven over het gezantschap naar Turkije / Legationis Turcicae epistolae quatuor* (1994) en *Enea Silvio Piccolomini / Pius II (1405-1464), Een humanistisch paus op de bres voor Europa. Bloemlezing uit zijn brieven en Gedenkschriften* (2011).

